

DISSE^TRAT^O ALTERA 1783 4
HISTORICO-ECCLESIASTICA
DE
EPISCOPIS, CHOR-EPISCOPIS,
AC
REGULARIUM
EXEMPTIONIBUS.

QUAM
UNA CUM PARERGIS SELECTIS
EX
HISTORIA ECCLESIASTICA
PRÆSIDE

P. ANDREA SPITZ,
ABBATIÆ TUITIENSIS ORD. S. BENEDICTI PROFESSO, HISTORIÆ ECCLESIA-
TICÆ, AC THEOLOGIÆ LITTERARIE PROFESSORE PUBL. ET ORD.

ERUDITORUM TENTAMINI EXPO^NIT IN ACROATERIO
MAJORE BONNENSI

D. PETRUS JOSEPHUS PLENZ,
PERILLUSTRIS ECCLESIAE COLLEGIATÆ IN VILICH VICARIUS, HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ, S^e. CANONUM, AC THEOLOGIÆ PASTORALIS AUDITOR

AD DIEM JULII MDCCCLXXXV.

MANE A IX AD XI.

Cum censurâ Arcbi-Episcopali, ac licentia Electorali Academicâ.


BONNÆ,
ex Typographia Elect. Acad. apud Joan. Frid. Abshoven.

DIGESTATIO ALITER
HISTORICO-ECCLESIASTICA
DISCOURSE OF CHURCH HISTORY
Episcopatus unus est, cuius à singulis
pars in solidum tenetur.

S. Cyprianus l. de Unit. Ecclesiae.

Erras, si ut summam ita & solam insti-
tutam à Deo vestram Apostolicam
potestatem existimas.

S. Bernardus l. 3. de Considerat.
ad Eugenium cap. 4.



PRO E M I U M.

Quod in civitate Majestas, id ipsum in Christi Ecclesiâ est sacra Hierarchia. Adinstar siquidem reipublicæ sacræ (a) Christus Homo. Deus Ecclesiam suam instituit, in eâ quosdam constituens ministros, seu dispensatores mysteriorum Dei, sic nos existimet homo ut ministros Cbristi, & dispensatores mysteriorum Dei (b), quosdam ejusdem Ecclesiæ constituens rectores, attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei (c), in eisdemque ministerium sacrosancta Ecclesiæ Sacraenta dispensandi coadunans cum potestate regendi Ecclesiam. Principem inter Ecclesiæ rectores, ac in Hierarchiâ Ecclesiastica tenere locum ipsos Episcopos ut primis sacerulis, sic quoque posteriori Ecclesiæ ætate jamjam invalescentibus novis Ecclesiæ rectorum officiis, novis pro novâ Ecclesiærum necessitate, aut utilitate introducitis dignitatibus v. g. Patriarchalibus, Primalibus, Metropoliticis &c. sicut agnatum, pariter in Ecclesiâ nunquam non creditum à majoribus præfatis Ecclesiæ prælatis non nisi solâ amplioris cuiusdam jurisdictionis prærogativâ differre Episcopos, ex omnibus verò unum confari ordinem, in quo præcipue character Episcopalis, in hoc autem plenitudo Sacerdotii, ac plenitudo Jurium ab ipsomet Christo Domino Ecclesiæ Præfulibus con-

A

cessa



cessa semper suspiciebatur. Hac de causâ Patres Trident. Hierarchie Ecclesiastice Principes, prætermis aliis prælatis solos statuebant Episcopos: *Siquis dixerit in Ecclesiâ Catholicâ non esse Hierarchiam Divinâ ordinatione institutam, quæ constet ex EPISCOPIS, Presbyteris, & Ministris, anathema sit (d).* Ipsi quoque Episcopi omnes, & soli ut successores Apostolorum semper in Ecclesiâ summâ veneratione agniti, quo sensu Hieronimus (c): „Ubi cumque fuerit Episcopus sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Regii, sive Alexandriæ, sive Tanis ejusdem meriti, ejusdem est & Sacerdotii, potentia dicitarum, & paupertatis humilitatis vel sublimiorum, vel inferiorem Episcopum non facit, ceterum omnes Apostolorum successores sunt“: Cum S. Hieronimo conspirat & ipse S. Augustinus verba Psalmistæ (f), *pro Patribus tuis nati sunt tibi Filii, constitutes eos Principes super omnem terram*, hunc in modum interpretans „Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filii nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? ipsa Ecclesia Patres illos appellat, ipsa illos genuit, ipsa illos constituit in Sedibus Patrum. Non ergo te putes desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tuâ tibi crevit paternitas, pro Patribus tuis nati sunt tibi filii“ (g). His aliorumque infra allegatorum Patrum assertis inhærens Synodus Trid. declarat Episcopos, qui in locum Apostolorum successerunt, ad Ordinem Hierarchicum præcipue pertinere, positos à Spiritu S. regere Ecclesiam Dei, eosque Presbyteris superiores esse (h). Cum itaque tam sublimem in Ecclesiâ sedem à primis sæculis constanter obtinuerint Episcopi, non injucundum, ac inutile judicamus ex Monumentis ecclesiasticis, quantum licet, in originem, institutionem, superioritatem, Munia ac Jura Episcoporum, & Chor-Episcoporum inquirere, id quod institutum hujus Dissertationis, unde

(a) Vid.

- (a) Vid. Froem, *Dissert. de Patriarchis &c.* ——— (b) 1. Cor. 4. v. 1.
 (c) Act. 20. v. 28. ——— (d) Sess. 23, *de Sacr. Ord. Can. 6.*
 (e) Epist. 85; ad Evagr. Item Epist. 54. ad Marcellam adversus Montanistas: *apud nos (Catholicos) Apostolorum locum Episcopi tenent, apud eos (Montanistas) Epis. copus est tertius, habent enim primos de Perusâ Phrygia Patriarchas.*
 (f) Ps. 44. v. 17. ——— (g) Comm. in Ps. 44. ——— (h) Sess. 23, *de Sacr. Ord. Cap. 4.*

C A P U T P R I M U M.

DE ORIGINE, AC INSTITUTIONE EPISCOPORUM.

§. I.

Unde uomen Episcopi.

Uti Apostoli, sic & eorundem Successores à Christo Domino assumpti ut Ministri & Operarii ad laborandum in vineâ Domini, *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alias vero Evangelistas, alias autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii in ædificationem Corporis Christi* (a). Id ipsum demonstrant verba, quibus senior assistentium consecrandum præsentat: Reverendissime Pater! postulat sancta Mater Ecclesia, ut hunc præsentem Presbyterum ad onus Episcopatus sublevetis. Nomen, *Episcopus*, quod idem ac superintendens id quoque indigit, quod nomen S. Patribus nomen potius *operis*, quam *honoris* videbatur. S. Augustinus (cui Episcopatus velut onus humeris Angelicis formidandum semper videbatur) solidè ex ipso *Episcopi* nomine demonstrat Episcopum non nisi ad laborem & sollicitudinem pro Dei gloriâ vocari, ac Episcopatum non nisi urgente charitate humeris imponendum. „*Siquis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat* (b), exponere voluit, quid sit Episcopatus, quia nomen est operis,



ris, non honoris. Græcum est enim, atque inde duclum vocabulum, quod ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens, ergo Episcopos, si velimus, latinè superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Locus verò superior, sine quo populus regi non potest, et si ita teneatur, atque administretur, ut decet, tamen non decenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quærit *charitas veritatis*, negotium justum suscipit *necessitas charitatis*, quam farcinam si ullus imponit, percipiendæ, atque intuendæ vacandum est veritati, si autem imponitur, suscipienda est propter *charitatis necessitatem* (c).

(a) Eph. C. 4. v. 11. & 12. — (b) 1. Tim. C. 3. v. 1.

(c) Lib. 19. de Civit. Dei C. 19. relat. Cauf. 8. quæst. 1. Can. 11. Vid. & alii ejusdem S. August. textus apud Thomass. V. & N. E. Discipl. p. 2. l. 2. Cap. 65. n. 16.

§. II.

Diversi honorum tituli, quibus in primitiva Ecclesia Episcopi exornati.

Ob singularem reverentiam, & venerationem (quam in primitiva Ecclesia omnes Christi fideles Episcopis exhibebant) Episcopi omnibus illis honorum titulis ab antiquitate insigniebantur, quibus posteriori Ecclesiæ ætate, & modò solos summos Pontifices gloriari novimus. Primitùs eo scilicet tempore (quo nomen *Episcopi* adhucdum commune Clericis cum primi, tum secundi ordinis) Episcopi nemine excepto sub nomine *Apostolorum* veniebant. Testis inter alios Ecclesiæ Scriptores Theodoretus (a), „Eosdem, inquit, olim vocabant Presbyteros & Episcopos, eos autem, qui nunc vocantur Episcopi,

Apo-

=====

Apostolos nominabantur. Postea sine ullo discrimine (Proem.) *Apostolorum successores* paucim vocabantur, ac inde cuiuslibet Episcopi sedes dicta sedes *Apostolica* (b). Accesserunt & alia nomina perquam honorifica, E. g. *Principes Sacerdotum, Principes populi, Præpositi, Antistites, Summi Sacerdotes, Pontifices maximi &c.* salutabantur (c). Sed quidnam de titulis, quos Episcopi *Romani* veluti specialem prærogativam præ aliis, quales sunt: *Papa, Pater Patrum, Episcopus Episcoporum, Vicarius Christi & alii*, sibi hodieum privative arrogant? Similia quoque nomina, si non omnia omnibus, saltem quibusdam Episcopis fuisse olim attributa omni caret dubio. Nomen *Papæ* commune fuisse Episcopis inter alia antiquitatis monumenta ex solis litteris ipsius Cleri Romani ad Cyprianum clarissime elucer, quarum inscriptio: *Cypriano PAPÆ Presbyteri, & Diaconi Romæ consentes salutem*, subscriptio: *Optamus te beatissime, ac glorioissime PAPA in Domino semper valere, & nostri meminisse* (d). Præfatum nomen ineunte Sæculo VI. ad solum Episcopum Ramanum primùm fuisse restrictum ostendit Thomass (e). Athanasius (f) Osium *Patrem Episcoporum* vocat, similiter Greg. Nazianzenus suo Patri id ipsum nomen attribuit (g). Nomen *Vicarii Christi* saepius Episcopis adjudicatum colligitur ex Auct. Quæstionum V. & N. T. (h) colligitur insimul ex diversis Epistolis Cypriani (i). Quānam autem ratione præfati, & similes honorum tituli Episcopis aliis cum Romano olim communes, successu temporis privative adjudicati fuerint Episcopo Romano, nostri fori non est definire. De titulis plura apud Bingham (k).

(a) Com. in 1. Tim. III. v. 1. — (b) Cf. Thomass, p. 1. l. 1. Cap. 4. n. 2. & 5.

(c) Johann Georg Pertschens Kirchen-Historie, viertes Jahrhundert, drittes Hauptstück, §. XIII. „*Canonische Bischöfe hießen diejenige, welche in der*



der Gemeinschaft mit denjenigen Kirchen stunden, so man als Rechtgläubige ansahe. Und diese hießen auch Catholische, oder allgemeine Bischöfe. . . . Wie die Bischöfe in den vorigen Zeiten den Namen: Engel geführet, so wurde ihnen solcher auch in diesen noch beigelegt. Sie hießen auch Engel des Friedens. Apostel wollten sie schon in vorigen Zeiten seyn, also stunde ihnen diese Benennung auch in diesen sehr wohl an. Ihre Bischöfthümer hießen: Apostolische Sitze. Man sagte: sie wären die Obersten Fürsten. Was vormals in dem alten Bund zwischen denen Ältesten und Fürsten des Volks vor ein Unterschied gewesen, sei nun unter denen Ältesten und Bischöfen. Man nannte sie: Fürsten der Kirchen, Fürsten der Priester, Oberste Priester. — Sie sollten als Pontifices, Hohe Priester, die Ältesten als Priester, die Diaconen und andere von der niederen Clerisy, als Leviten anzusehen seyn^u.

(d) Vid. Clemens Becker Hist. Eccles. pract. I. 1.

(e) L. cit. n. 10. Eiusdem opinionis Benedict. XIV. de Synodo Dioecet. I. 1. C. III. n. IV. ubi & n. 1. de titulo *sanctitatis*.

(f) Epist. ad solit. vir. agentes.

(g) Orat. 19. de funere Pat. Ex verbis Tertull. I. de pudicit. cap. 1. „Audio edictum esse propositum, & quidem petemptorium, *Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum* dicit: ego & moxchus & fornicationis delicta posnitentiā functis dimitto“ perperam colligit Baron. ad An. 142. n. 4. praefatum titulum proprium, & peculiarem fuisse *Romani Episcopi*. Hæc etenim ærior erat Tertulliani in Zephyrinum Papam dicacitas, cui scitè animadvertis Thomass. I. cit. cap. 8. n. 7. & eadem non nisi ironice à Tertulliano dicta fuisse nemo ignorabit. Vid. & Clemens Becker p. 146.

(h) C. 127. — (i) Epist. LXIII. ad Cæcil. & epist. LV. ad Cornel.

(k) Origin. Ecclesiast. I. 2. cap. 2.

§. III.

Institutio Episcoporum, ac quoad hoc diverſæ Sententiae.

Episcoporum potestatem *Ordinis* jure Divino inniti, ac ortum suum trahere ex ipsâ Christi institutione nemo Catholicorum in controvèrsiam vocare attentat. Nemo quoque inficias ibit Ordinem hunc nascenti

centi Ecclesiæ non minus extitisse cœcum, ac Apostolatum. Ast quoad potestatem *Jurisdictionis* (cuinam scilicet veluti cause *immediatæ* Episcopi eandem in acceptis referre debeant) non ita concors & unanimis Catholicorum opinio (a). Adrian. Daude (b) tres diversas Authorum recenset sententias, quarum prima potestatem Episcoporum à Christo proximè esse in singulis Præsulibus afferit, quam tuebatur Torres in Trid. contra Lainium, altera verò jurisdictionis potestatem esse proximè à Deo in genere, scilicet in quibusdam, ut in Petro, ejusdem Successoribus, ac in cunctis Apostolis ex peculiari privilegio, in reliquis autem veluti in Episcopis particularibus eam manere per interpositam à Deo personam proximè à Romano Pontifice sustinet, tertia denique sententia Petri Cellotii Theologi Parisiensis in lib. de *Hierarchia*, & *Hierarchis* præfatas opiniones conciliare studens triplicem tum in Re. Pontifice, tum in aliis Episcopis distinguit potestatem, unam scilicet ordinis, alteram jurisdictionis interioris, tertiam jurisdictionis exterioris, quarum prima, & secunda ad Sacraenta confiencia & ministranda referantur, tertia verò ad populum Christianum regendum pro foro externo, prima immediatè à Deo uti in S. Pontifice, ita quoque in Episcopis, altera æquè æqualis in omnibus, tertiam verò jurisdictionem à Christo immediatè, sed à Petro dependentem Apostoli acceperunt, non ita autem res se habet cum Episcopis, hic siquidem potestatem suam non immediatè à Deo, sed tantùm mediata per Petri Successorem obtinent, & inde factum, ut ea non in omnibus æqualis, & ut quidam Episcoporum in alios suam exerceant jurisdictionem. (Eximia fane methodus contrariantes opiniones combinandi). Quoad præfatas sententias judicium suum Daude subjungit „sicut per primam nil Episcopis authoritatis accedit, sic omnino nihil per secundam derogatur, tertia verò causam non modò clarius exponit, sed & Episcoporum dignitatem maximè



maximè extollit^a. Longè alia opinio insidebat menti Cl. & Magnifici P. Zallwein (*c*) de quibusdam Catholicis zelo indiscreto ita differentibus contrariam ferens sententiam „Isti verò nescio, quo blandiendi sedi Pontificia fludio agitati (*d*) equidem institutionem divinam neutquam impugnare præsumunt, in eo tamen *in Episcopos*, & *jura Characteri Episcopali annexa valde iniqui esse* videntur, quod jurisdictionem Episcoporum non tam ipsi Christo, quam Pontifici saltem tanquam causæ immediatae in accepris referant^e.

(a) Quantis animorum motibus quæstio hæc ventilata in Conc. Trident., de eo vid. Pallavic. l. 18. cap. 15. pag. m. 206. & seqq. Auth. Annor. ad J. C. tit. de M. & O. „acerrimè agitata quæstio in Tridentino, an jurisdictione Episcoporum sit immediatè à Deo? quam Galli & Hispani maximè uslerunt, & prope res aberat à definitione. Intercesserunt autem Itali, & Generalis Societ. Jesu Lainez prolixum fecit desuper discursum, in quo varia adducit argumenta, quibus probare nütur jurisdictionem Episcoporum tantum mediata mediante scilicet Pontifice esse à Deo. Sed altera sententia fundatior in S. Scripturâ, & efficacior ad probandam Hierarchiam Divinitus institutam“.

(b) Hierarchia Ecclesiast. P. 1mā cap. 5. Sect. 1mā.

(c) Princ. J. Eccles. t. IV. q. 2. cap. 2.

(d) Barthel citans Melch. Canum „non eger Petrus mendacio nostro, nostrâ adulatione non eger tot veris, & realibus à Christo instructus, & insignitus prærogativis Divinus §. Pontificis Primatus, imò verò Authores hujusmodi iis, qui novas religiones proficiuntur, adjumento sunt, quippe Sancto-Sanctam &c. P. autoritatem, sive Primatum odiosum reddant Principibus à Romanæ Ecclesiæ communione alienis“. Opus III. de Concord. Germ. Dissert. Gener.

§. IV.

Ex Scripturâ & Patribus vocatio Apostolorum expenditur.

U
t rei veritas evidentiùs patescat, ipsam S. Scripturam quoad vocationem Apostolorum priùs paucis consulamus, ac dein videamus (id quod præsertim nostri instituti) quidnam quoad præsens punctum veteres

❧

veteres Ecclesiæ Patres senserint. Ipse met Christus Dominus vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit (a), ad eosdem Christus loquebatur: *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni Creaturæ* (b), item, *quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlo &c.* (c), *sicut misit me Pater, & ego mitto vos . . . , quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.* (d), in qua verba Cyprianus „loquitur Dominus ad Petrum: *ego dico tibi, quia tu es Petrus &c.* super unum ædificat Ecclesiam, & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: *sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Accipite Spiritum S., tamen ut unitatem manifestaret &c. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit & Petrus, pari consortio prædicti, & honoris & potestatis“ (e). Indubitata itaque veritas teste S. Scripturâ Apostolos ab ipso met Christo vocatos, & ad munus prædicandi Evangelium, remittendi & retainendi peccata, Ecclesiam regendi selectos, ab eodemque suam jurisdictionem *immediatè* obtinuisse, & ubinam vel unicum in totâ Scripturâ legitur verbum Christum Apostolos ad Petrum ablegâsse, ut ab eo suam obtinerent potestatem, ac jurisdictionem? nec hoc ipsum Primatus Petri (quem in omnibus summè veneramus) exigebat, id ipsum Bellarminus, utut regiminis Ecclesiastici veluti Monarchici defensor dissiteri nesciebat, ex iisdem allatis Scripturæ textibus Apostolos à Christo jurisdictionem immediatè obtinuisse solide demonstrans (f).

(a) *Luc. 6. §. 13., item: nonne ego vos duodecim elegi?* *Joan. 6. §. 71.* Den größten Theil der drittthalb Jahre, die Jesus öffentlich zum Wohl der Welt verwandt hat, widmete er besonders der Bildung zwölf junger Männer, die er in seinen vertrautesten Umgang nahm, und die er sich recht eigentlich für die Absicht erziehen zu wollen schien, um durch sie das, was er selbst kaum anzufangen Zeit hatte, vollkommen auszuführen. Diese



Zwölfe (Apostel heissen sie von dieser ihrer Bestimmung) waren Zeuhre der wichtigsten seiner Unterredungen, Zuschauer seiner entscheidendsten Thaten, zum Theil auch Zeugen feierlichen Erklärungen, welche Gott selbst vom Himmel herab seinem Sohn gegeben hatte. Spittler Grundriss der Geschichte der Christlichen Kirche §. 2.

(b) Marc. ult. §. 15. — (c) Matth. 18. §. 18. — (d) Joan. 20. §. 21. 23.

(e) Tract. de unit. Eccles. rel. Caus. XXIV. q. 1. Can. XVIII.

(f) L. IV. de p. P. Cap. XXIII.

§. V.

Episcopi jurisdictionem immediate à Christo habent.

Ex dictis suā sponte sequi arbitramur, quidnam de Episcoporum jurisdictione resolvendum, undenam scilicet potestatem tam ordinis, quam jurisdictionis derivent. Ipsos Episcopos ut Apostolorum successores, & in Episcopis ipsos Apostolos revereri nemo Catholicorum hæsitabit (a). Ipsum Trid. Episcopos *Apostolorum successores* (b) salutat, à quonam igitur ex mente Patrum Trid. Episcopi proximè ac immediate habeant tum ordinis, tum jurisdictionis potestatem? Nunc quid à Christo ipsomet, qui etenim Trid. Episcopos titulo *Apostolorum successorum* condecorare potuisset, sin Episcoporum à S. P., Apostolorum verò jurisdictione à Christo immediate descenderet? Nunc quid actum esset de verà successione? nonne stringit argumentum: Pontifices Romani in Primatu Petri successores, ergo uti Petrus, ita & Pontifices suam jurisdictionem à Christo immediatè accipiunt? Ecce cur itaque idem argumentum non concludat in Episcopis Apostolorum successoribus (c)? Quænam veterum Ecclesiæ Patrum fuerit mens, nunc videamus. Cyprianus (d), Christus dicit ad Apostolos, ac per hoc ad omnes Præpositos, *qui Apostolis Vicarii ordinatione succedunt*, qui vos audit, me audit, & qui me audit, audit eum, qui
me

me misit^a. Idem (e) „Episcopatus unus est, cuius à singulis *pars in solidum tenetur*“ uti Episcopatus à Christo proximè, & immediatè institutus, quatenus reperitur in R. P., ita non minus proximè ab eodem institutus, quatenus à reliquis Episcopis participatur. Hieronimus (f) „Dicis super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves Regni Cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur“. Basilius (g) „Omnibus deinceps Pastoribus, ac Magistris eandem tribuit potestatem (Christus) cuiusquidem rei signum est, quod omnes similiter æquè ac ille (Petrus) & ligent, & solvant^b“. Bernardus (h) „Erras, si ut summam, ita & *solanam* institutam à Deo veritatem Apostolicam potestatem existimas . . . Non tua sola potestas à Domino, sunt & mediocres, sunt & inferiores“. Innumerari allii Ss. Patrum textus in medium adferri possent (i).

- (a) In quibusnam Episcopi Apostolis de facto successerint, ac quænam Apostolis fuerint propria, de eo, vid. Van Espen J. Ecclesi. univ. p. 1, cap. 1., item Joseph. Rieger Instit. Jurisp. Eccles. P. 1. §. LXXXV.
- (b) Scell. XXIII. cap. 4. de Sacr. Ord.
- (c) Discrimen quoad successionem & P. in munere Primatus Petri, & quoad successionem aliorum Episcoporum in potestate Episcopali Apostolorum Bellarminus I. cit. Cap. XXV. ponit in eo: & Pontifex propriè succedit Petro, ut Pastorini Ordinario totius Ecclesiæ, & ideo ab eodem & P. habet jurisdictionem, à quo habuit Petrus, at verò Episcopi non propriè succedunt Apostolis, ut potest qui non ordinarii, sed solum extraordinarii fuere Ecclesia Pastores. BENE adhuc memoris sumus nonnullos alias suo tempore doctrinæ Bellarmini preceppe instituisse, & in gratiam sententia contraria, quæ è scholis nunc merito exulat, argumentum, ut ipsis videbatur, inexpugnabile ex eodem Bellarmino in publico quodam litterario confessu produxisse, cuius tota & unica vis in successione propriæ, & impropriæ consistebat. At Bellarmini distinctio omni deficitur fundamento, & nil aliud, quam mera & inanis logomachia, quid quid siquidem potestatis Episcopalis pro regendâ Ecclesiâ habuere Apostoli, id totum in Episcopos veluti corundem in regimine Ecclesiæ successores transfu-

=====

sum fuisse nequit negari, cur ergo non æquè in *proprio sensu* Episcopi dicendi Apostolorum successores, ac Rom. Pontifices successores Petri dicantur? Optimè equidem novimus ex Espanio l. cit. multis gratis & donis v. g. *copia Spiritus s. „dono linguarum, & miraculorum, plenitudine scientia &c.* Apostolos fuisse instructos, quibus Episcopi sicuti modò, ita & pro prioribus Ecclesiæ facultatis denudati existunt, sed qui hac & similia pro debitâ Ecclesiastum administratione necessaria, & qui consequenter necessaria, ut Episcopi in munere Episcopatus Apostolorum successores propriè nominari valeant? Profectò, quomodo cordatus veritatis amator, ac rem ad rationis stateram in aliis adpendere sciens prefata doctrina ex animo adhaerere poterit, non videmus, sed quidnam non valent præjudicia? Silencio hic premere nescimus monitum Cl. & Magnif. Zallwein „Videant Scriptores Catholici, qui jurisdictionem Episcoporum in Pontificem veluti fontem originarium immediatum refundunt, quâ ratione successionem veram in munere Apostolatus defendere valeant, & non potius Acatolicis nova arma suppeditent, quibus institutionem Episcopatus ex jure Divine secundum mentem Catholicorum promanantis impugnare possint“ l. cit. §. VII.

- (a) Epist. 69. — (e) L. de Unit. Ecclesiæ. — (f) Lib. 1. advers. Jovin.
- (g) Const. Monast. C. 22. — (b) Lib. 3. de Considerat. ad Eugeni. cap. 4.
- (i) Cf. Natal. Alex. Hist. Eccles. Dissert. XII. Sac. XIII. & XIV., item Thomas. P. 1. l. 1. cap. 50.

§. VI.

Dihuntur argumenta sententiæ contrarie.

VII. Hic patrocinari videntur quidam ex Patribus, scilicet Optatus Melititanus in Africâ Episcopus de S. Petro scribens „bono unitatis B. Petrus præferri omnibus Apostolis meruit, & claves Regni Coelorum cæteris communicandas solus accepit“ (a). Innoc. I. de eodem Petro loquens „à quo ipse Episcopatus, & tota Authoritas hujus nominis emersit“ (b). Leo denique de Episcopatu Sermonem instituens „Hujus muneric Sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium voluit pertinere, ut in Beatissimo Petro Apostolorum omnium

nium summe *principaliter* collocari, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet^(c). Ast in aprico est intentum Patrum aliud non fuisse, quam solummodo ostendere jurisdictionem à Petro in cæteros Apostolos, ac consequenter à S. P. in alios Episcopos eo in sensu dimanare, quod (cum Petrus, ac Petri successor Bc. Pontifex) ut unitati, & paci Ecclesiæ perpetuò conservandæ magis prospiceretur, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio (à Christo supremum Ecclesiæ caput sit constitutus) quod inquam uti inter Petrum & Apostolos, ita Romanum P. inter & reliquos Episcopos summam intercedere concentrationem necesse sit, ad-hoc, ut Episcopi jurisdictionem Divinitus ipsis concreditam, potestatem ligandi & solvendi, regendique Ecclesiæ exercere valeant, ita ut Episcopus nequeat esse Episcopus cum jurisdictione, nisi persistens in communione cum Bc. Pontifice, ut Ecclesiæ capite (d). Quisnam verò Catholicorum hoc ipsum asserere animo hæsitabit? Idem Innocentius (e) Episcoporum jurisdictionem non à Petro, sed per Petrum à Christo immediatè dimanare asserere nullus dubitat. Eodem similiter in sensu semetipsum interpretari optimè noverat S. Leo (f). Alia argumenta à ratione (ut dici solet) formari solita levia omnino, ac nullo negotio refutari valent. Conqueruntur E. g. in hac sententiâ ægerrimè salvari *Primum Bc. P.*, item tolli debitam Prælatorum Ecclesiæ subordinationem. Verùm, ecquis non videt hac per omne nefas sententia nostra affingi? quomodo in salvo non permaneat Primatus Pontificis, cum licet non omnem & solam, supremam tamen regendi Ecclesiæ potestatem soli Petro, hujusque successoribus à Christo fuisse concessam lubentes agnoscamus, & quid? inde sequatur everti subordinationem? num propterea in exercitu belli ducum è medio sublata subordinatio, quod Generalissimus, & Col-

nellus



natus sint ab ipsomet Rege immediatè constituti? Ecur ergo Ecclesia pariter non permaneat *Castrorum acies ordinata* (g). Scimus equidem Episcopos passim sese *Dei*, & *Apostolicæ sedis gratia Episcopos inscribere*, at nemini vel paululum in historiâ versato pariter erit incognitum, quod olim non ita, quod scilicet hic titulus omnino novus, olim incognitus, & primùm posteriori Ecclesiæ ætate adhiberi solitus (h), ideoque inde noli concludere Episcopos factio agnoscere eorundem jurisdictionem in acceptis referendam S. Pontifici (i).

(a) Lib. I, contra Parmenij. — (b) In literis ad Patres Conc. Carthag.

(c) Epist. 89. — (d) Cf. Zallwein I, cit., item Thomass. I, cit,

(e) Epist. ad Victricium Rothomag. Episcopum „incipiam igitur adjuvante S. Apostolo Petro, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exercitium“.

(f) „Magnum, & mirabile huic viro consortium potentiaz sua tribuit divina dignatio, & siquid cum eo commune cœteris voluit esse Principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit“. Serm. 3. in Anniv. die assumpt.

(g) Vid. Febronii Comm. in retract. Post. 1. & 2.

(h) Quoniam tempore, & quānam datâ occasione Episcopi dictum titulum usurpare cœperint, vid. desuper Thomass. I, cit. cap. 60. n. IX. & X.

(i) Solutionem aliorum argum. Vide apud Rieger I, cit. §. LXXXVII. & seqq., item Auth. Annot. tit. de M. & O., item Juvenin Diff. IX. de Ord. in spec. quæst. 1. —



CAPUT



CAPUT SECUNDUM.

DE SUPERIORITATE GRADUS ET ORDINIS EPISCO- PALIS, AC EPISCOPORUM OFFICIIS.

§. I.

Episcopatus Ordo adæquate distinctus à Sacerdotio.

Nemini equidem Catholicorum dubium erit Episcopos Presbyteris superiores existere non solum potestate Ordinis, sed & Jurisdictionis, cum id certissimum Ecclesiae Catholicæ dogma ita definito Trid. (a), de quo infra latius, dum cum Acatholice in arenam descendemus. Non ita tamē pariter indubitate veritas (etsi nemini Catholicorum in mentem venire possit quidquam decerpere eorum ornatorum, quibus ab institutore suo Episcopatus condecoratus) Episcopatum Ordinem esse adæquate distinctum à Presbyteratu, non paucis etenim Episcopatus nil aliud videtur, quam quædam extensio, & ampliatio characteris Sacerdotalis, quatenus scilicet per eum vel extenditur character Sacerdotalis per novæ virtutis acquisitionem, vel quod Sacerdos, dum inauguratur Episcopus, jam deputetur ad nova officia, & munia, in quæ ab antea nil potestatis obtinebat. In oppositam autem sententiam abeundum plurima ex historia Ecclesiastica ac veterum Patrum testimoniis depræmpta persuadent argumenta. Antiqui Patres constanter agnoverunt tres Ordines, & Gradus distinctos Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum (b), ipsumque Episcopatum veluti reliquorum ordinum fontem, & originem (c), ab ipsis Ecclesiae exordiis Episcopi præcipuum quid, Sacerdotibus secundi ordinis haud commune semper habebant, in administratione scilicet Sacramenti Con-

firma.



firmationis, & Ordinis, in Consecrationibus Ecclesiarum, Altarium
 Sacrorum Vasorum, & Virginum, in confiendo Sacro Chrismate,
 in potestate visitandi Dicēses, convocandi Synodos, infligendi cen-
 suras, aliasque pœnas Ecclesiasticas, in dispensandis officiis & bene-
 ficiis Ecclesiasticis, in dijudicandis causis controversis, in innumeris
 aliis functionibus humeris Episcoporum præcipue incumbentibus. In-
 ficias ire nescimus ipsos quoque simplices Presbyteros, puta: Abba-
 tes insignium Pontificalium usu gaudentes in participium querundam
 officiorum, v. g. benedicendi vestes, ornamenta, paramenta Ecclesia-
 stica, calices, altaria, campanas &c., Ordines minores conferendi suis
 Regularibus (*d*) per varia privilegia fuisse vocatos, attamen benè
 novimus nullum hucusque fuisse allatum, nec afferri poterit authenticum
 privilegium, ex quo probari posset simplici Sacerdoti potestatem
ordinandi Presbyteros (quidquid sit de potestate conferendi Ordinem
 Sub- & Diaconatū, id quod & ipsum crisi subesse satis notum) un-
 quam fuisse communicatam, quinimo in historiā Ecclesiasticā exempla
 non defunt ordinationes quasdam Presbyterorum pro irritis, & nul-
 lis ab Ecclesiā fuisse habitas eo ex capite, eo quod similes ordina-
 tiones à simplicibus Sacerdotibus attentatae, sic à Synodo Alexandrinā
 Ischyras, aliique à Collutho Episcopo imaginario, ac fictio ordinati
 ad ordinem laicorum redacti, & sub laicorum nomine ad synaxin fuere
 admissi (*e*). Ex hoc, aliisque exemplis nunquid rite concludimus
 potestatem *conférandi Presbyteros*, ut potestatem prorsus singularem
 Episcoporum, nulli alteri simplici Sacerdoti communicabilem ab Ec-
 clesiā fuisse agnitam? Potestas autem ita annexa Characteri Episcopali,
 ut nulli Sacerdoti per privilegium communicabilis, nonne arguit Or-
 dinem adæquatè distinctum à sacerdotali, & non meram extensionem
 Ordinis sacerdotalis? & quænam potior ratio, cur Episcopatus dicatur
extensio

extensio Characteris Presbyteralis, quām Presbyteratus sit extensio Characteris Diaconatūs, cum in utroque Ordine potestas sit varia (f)? Esto Episcopatum ita dependere à Sacerdotio, ut nondum Sacerdos nequeat inaugurari Episcopus, sed quid inde? solum ex eo sequitur Presbyteratum esse conditionem (ut dici solet) prærequisitam ad Episcopatum, dein hoc adversæ opinionis fundamentum indubitatæ veritatis non est, adferuntur siquidem exempla plurim Pontificum, & Episcoporum à Diaconatu mox ad Episcopatum promotorum (g). Quidnam de Chor-Episcopis potestatem ordinandi Presbyteros sibi arrogantibus, videbimus Cap. ultimo.

- (a) *Siquis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem Eccl. anathema sit.* Sess. 23. de Sacr. Ord. Can. VII.
- (b) Bingham lib. 2. §. 2. & seqq. — (c) Thomas P. 1. lib. 1. Cap. 1. & 2.
- (d) Vid. Barthel Opusc. V. de Jure & Jurisd. Abb. §. VII. & VIII.
- (e) Cabalutius not. Eccles. Dissert. XIII. Laurent. Bertii Diss. 1mā de Nic. Synodo Cap. XII. §. 2.
- (f) Collet Instit. Theolog. tract. de Ord. Cap. IV.
- (g) Cf. Bingham Orig. Eccles. l. 2. cap. 10. Imō hunc fuisse Ecclesiæ Romanæ morem Diaconos portius, quām Presbyteros eligere in summos Pontifices testis Franc. Pagius Brev. Gest. P. 2. ad An. DCIV., ibidemque adducit Mabillonum, qui exemplis Valentini & Nicolai I. probat, quod, quando hic Ecclesiæ mos vigebat, prætermisso Presbyterii gradu ex Archi- aut Diaconis ordinati fuerint summi Pontifices.

§. II.

Episcopi jure Divino superiores Presbyteris.

Nullum Episcopos inter, & simplices Presbyteros intercedere discrimen, nil pariter discriminis quoad officium, & dignitatem primis Ecclesiæ sacerulis fuisse agnitus, & id omne, quod nunc in Ecclesiâ

C

in-



invectum scimus, novitatem redolere primus impiè dogmatizavit Aërius in hoc Wicleffi, Albigensium, Waldensium, Calvinistarum, ac Lutheranorum antesignanus. Impium hoc dogma ex dictis in Proemio, item §. V., & §. præced. equidem sufficienter refutatum, ut vero rei veritas evidentiùs patescat, & quia ad id jam vocat ordo, veritatem catholicam ex antiquorum Patrum testimonii paulisper demonstratum imus. Primum argumentum suppeditat Epistola I. S. Clementis ad Corinth. (a), occasione gravissimi schismatis in Ecclesiâ Corinthiacâ exorti exarata, quâ contentiosos ad pacem, & concordiam revocare studet, in eâdem inter alia dicit „*Summo Sacerdoti* sua munera tributa sunt, & *Sacerdotibus* locus proprius est constitutus, & *Levitis* quoque sua munera incumbunt, *Laicus homo* institutis laicis constringitur“. En! tres distincti gradus: *Laicorum*, *Levitarum*, & *Sacerdotum*, en! distinctio *Summi Sacerdotis*, id est: *Episcopi* à reliquis. Et infra „*Apostoli per Jesum Christum Dominum nostrum cognoverunt . . . atque hanc ob causam perfectam scientiam prædicti constituerunt prædictos* (id est sumnum in quâvis Ecclesiâ Sacerdotem, Sacerdotes, & Diaconos) ac descriptas deinceps *ministrorum & officiorum vices reliquerunt*“. En iterum distinctio in officiis, ac superioritas ex *institutione Divinâ* *Episcopi* supra alios ministros (b). Alterum argumentum subministrant genuinæ S. Ignatii epistolæ, in epistolâ ad Smyrnæos „omnes Episcopum sequimini, ut *Jesus Christus Patrem*, & Presbyterium ut Apostolos. Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Ecclesiam spectat“^c. In aliis quoque epistolis (c) ut ad Magnesianos, ad Ephesios, ad Trallanos &c. Ignatius totus in eo est, ut ad vivum exhibeat Episcoporum ex jure Di-
vino supra Presbyteros præminentiam (d). Similiter Epiphanius (e)
Episco-

Episcopos ac Sacerdotes longè disparis esse conditionis, ac Episcopos ratione ordinationis gradu altiore præminere probat „Episcoporum Ordo est ad gignendos Patres, nam Ecclesiæ Patres, id est: Sacerdotes progignit. At Sacerdotum Ordo, cum nequeat Patres progignere, generat tamen per lavacrum regenerationis filios Ecclesiæ. Quomodo enim possit Patres progignere potestate carens manuum impositionis“? Missa facimus plurium aliorum Patrum testimonia, qui ad unum omnes suis temporibus Episcopos habitos fuisse à Presbyteris distinctos, eisdemque jure Divino superiores uno ore attestantur. Non leve hanc in re negotium facessere videtur Hieronimus ita scribens: „Idem est ergo Presbyter, qui & Episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent &c. communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur“ (f). Item afferit Apostolum disertè docere, eosdem esse Presbyteros, quos & Episcopos (g). Ast parum præsidii invenit sententia opposita in locis adductis, intentum etenim Hieronimi aliud non erat, quam nomen *Episcopi* (id quod lubentes concessimus §. II. Art. 1.) ab ipsis Apostolis attributum fuisse quibuslibet Ecclesiærum Presbyteris (h), subsistente tamen Episcopos verè tales inter, & Sacerdotes cum ordinis tum dignitatis differentiâ. Id ipsa Hieronimi verba in priori loco significant „sed quia eosdem Episcopos illo tempore, quos & Presbyteros appellabant, propterea indifferenter de Episcopis quasi de Presbyteris est locutus“. Et certè, si Hieronimus simplices Presbyteros in eodem cum Episcopis gradu, & ordine collocasset, qui plures in una Civitate, & Ecclesiâ potuisse esse Episcopos negare eodem loco potuisset? Nec adversatur, quod addat Hieronimus communi Presbyterorum consilio olim Ecclesiæ fuisse gubernatas, non enim dicit: *pari*, & *æquali potestate*. Idem verborum sensus in Epist. ad Evagrium, in

C 2

quâ



quà & ipse Hieronimus: *Quid facit exceptā ordinatione Episcopus, quod Presbyter non facit?* Agnoscit igitur in Episcopis singularem quandam potestatem, scilicet ordinandi Presbyteros, & Episcopos, quæ nullatenus competenter Sacerdotibus, consequenter & agnoscit Episcopos jure Divino Sacerdotibus superiores (7).

- (a) Authentia epist. vid. apud Cave Script. Ecclesiast. Hist. litterar.
- (b) Analysis epist. torius vide apud Clem. Becker Hist. Eccles. lib. I., ubi pariter habetur, quām solidē Systema Protestantum, quod tempore primorum Episcoporum ex solā disciplinā confederatā regnum Ecclesiasticum profluxerit, ex hāc cādem Epist. fallatis convincatur.
- (c) Cf. Natalis Dissert. XLIV. Sac. IV.
- (d) Praelud. Cave Sac. Gnoſt. de 7. ep̄stolis Ignatianis hoc fert judicium „Sunt sanè primāvæ pieratis, doctrinæ Ecclesiastice, & regiminis Episcopalis in ipsā Apostolica Ecclesiā vigentis testes luculentissimi“.
- (e) Hæresi 76.
- (f) Comment. Epist. ad Tit. cap. I., ubi explicat illa verba: *ut constitutas per Civitates Presbyteros.*
- (g) Epist. 85. ad Evagr. — (h) Vid. Matthei Dannenmayeri Instit. Hist. Eccles. Period. I. C. III.
- (i) Cf. Natalis Diss. cit.

§. III.

Inter Episcoporum munera primum prædicare verbum Dei.

Non nisi ad laborem & ministerium (§. I. Cap. I.) pro gloria Dei subeundum vocantur Episcopi, quibus tanquam primariis & principalibus totius Diœceseos Pastoribus omnis consequenter & præcipua totius gregis cura incumbit, unde verbis Apostoli Episcopos admonet Synodus Trid.: *ut attendentes sibi, & universo gregi, in quo Sp. S. posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, vigilient, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent, & mitiſſe-*

nisterium suum impleant (a). Cum verò plurima Episcoporum munera, & officia, in immensum Dissertatio nostra (sic singula pro merito recensere vellemus) excresceret, quare principaliora solum adducere duximus, ac primò occurrit munus prædicandi verbum Dei. Præcipuum ipsorum obligationem sitam in munere prædicandi Evangelium ipsimet Apostoli verbo, & facto declararunt. „Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres . . . nos verò orationi & ministerio verbi instantes erimus“ (b). Non misit me (ita de semetipso Paulus) Christus baptizare, sed evangelizare (c). Idem ad Timotheum „Testificor coram Deo, & Jesu Christo . . . prædicta verbum, insta opportune, importune, argue obsecra, increpa in omni patientia, & doctrinâ“ (d). Eadem hæc obligatio animis Episcoporum in solenni actu consecrationis altè imprimitur per verba: *Accipe Evangelium, & vade, prædicta populo tibi commissio* (e). Cautum erat in Synodo Laodicenâ: *non oportet in villulis, vel agris Episcopos constitui, sed vijactatores* (f). Similiter in Sardicensi de anno 347.: *Licentia verò danda non est ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo, aut in modicâ Civitate, cui sufficiat unus Presbyter* (g). Ratio ita statuendi inter alias erat, quia Episcopatus obscuraretur splendor; si ejusdem fides ibi collocaretur, ubi propter solitudinem, aut minorem hominum frequentiam nec divina obire munera, nec spiritalem Episcopi effundere possent opulentiam, cum ex adverso in numerosâ Civitate sapientie suæ lucem tantò facilius per prædicationem verbi Divini subditis populis communicare possent. Nolumus hic commemorare, quām vehementer dicta S. Patrum, Ss. Canones, decreta variorum Conciliorum hanc Episcoporum obligationem urserint, sed per saltum transimus ad Trid. Iteratò hanc obligationem Trid. Episcopis inculcat declarans prædicationem



tionem verbi Divini *præcipuum* munus Episcoporum, eosque teneri *per se ipsos*, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Jesu Christi Evangelium (*b*), omnes, & singulos, quibus animalium cura commissa, admonet præcepti Divini oves suas pascendi *prædicatione verbi Divini* (*i*). Idem denique Trid. prius decretum confirmans statuit, ut Episcopi in suâ Ecclesiâ *per se*, aut si legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus assument, in aliis autem Ecclesiis per Parochos saltem omnibus Dominis, & solennibus diebus Festis, tempore autem Jejuniorum quadragesimæ, & Adventus Domini quotidie, vel saltem tribus in hebdomatâ diebus sacras Scripturas, ac legem Divinam annuntient (*k*).

(*a*) Sess. 6. C. 1. de Reform. — (*b*) Act. 6. §. 2. & 4.

(*c*) 1. Corinth. 1. §. 17. — (*d*) 2. Timoth. 4. §. 1. & 2.

(*e*) Pontif. Rom. de Consecrat. electi in Episc. p. mihi 66.

(*f*) Can. 57. — (*g*) Can. 6. Idem argumentum pertractat Gratianus Dist. 80. per totam.

(*h*) Sess. 5. C. 2. de Reform. — (*i*) Sess. 23. C. 1.

(*k*) Sess. 24. C. 4. de Reform. Populum vice versâ vinculo obstringi (quo verbum Dei in suâ Parochi Ecclesiâ prædicatum frequentare tenetur) probat Ludwig Dissert. de eo, quod circa Missam P. schi.

§. IV.

Mens Patrum Trid. exponitur.

Quanta sit Episcoporum obligatio ad prædicandum verbum Dei, tanta non est, ut hinc & inde ex causis Canonicis eadem adimpleri non posset per substitutum. Ipsum Trid. casum existentis legitimi impedimenti (*si legitimè impediti non fuerint*) excipit. Quodnam ejusmodi legitimum impedimentum, discimus ab Innoc. III. „Cum saepè contingat, quod Episcopi propter suas occupationes multiplices,

vel

vel invaliditines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias per se ipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo maximè per amplas Diœceses, & effusas, generali constitutione facimus, ut Episcopi viros idoneos, ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assument, qui plebes sibi commissas vice eorum verbo ædificant, & exemplo^(a) (a). Et quidnam æquitati magis consonum? ad quid enim Clerici inferiores, ad quid Presbyteri tam Sæculares, quam Regulares, nonne omnes in adjutorium Episcoporum deputantur? satis hoc apertum ex verbis, quibus ex præscripto Pontificalis R. Presbyterandos Episcopus Ordinans allequitur „Tales esse studeatis, ut in adjutorium Moysi, & 12 Apostolorum, Episcoporum videlicet Catholicorum, qui per Moysen, & Apostolos figurantur, dignè per gratiam Dei eligi valeatis ... Itaque Filii dilectissimi! quos ad nostrum adjutorium Fratrum nostrorum arbitrium consecrandos elegit, servate in moribus vestris castæ, & sanctæ vitæ integratatem. Agnoscite, quod agitis „Postea Deum orat^(b). Quapropter infirmitati quoque nostræ Domine quæsumus! bæc adjumenta largire, qui quanto fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da quæsumus omnipotens Pater ... (b) Ordinantur itaque Sacerdotes, ut per eosdem Episcopi in curâ sustinendâ adjuventur. Sed redeamus ad Trid., & videamus, num verba Trid. in eo accipienda rigore, quem verba primo obtutu indigitare videntur. Præplacent ea, quæ hunc psalmum concernentia legere licet in Paginis menstruis Mogonis, quas cum in paucorum adhucdum manibus hisce in partibus versari sciamus, eadem ex integro in medium proferre non inutile arbitramur. Præmissis à nobis §. priore allegatis textibus Trid. sequens adjungitur commentatio: „Wollen wir einen richtigen Kommentar über diese Worte des Konzils machen, so müssen wir sagen, die

erste

erste Pflicht der Bischöfe liege darin, daß dem christlichen Volke gründlicher und vollkommener Unterricht in seiner Religion ertheilet, und die heilsamen Wahrheiten öfters vorgetragen werden. Hieron kann sich kein Kirchenvorsteher loszählen: Diese Obliegenheit fließet aus der Natur ihres Amtes, welches sie verbindet für das Seelenheil erstlich zu sorgen, und auf ihren geistlichen Nutzen wohl zu denken... Wer aber dieses persönlich ausführen, das Wort Gottes persönlich verkünden solle, liegt in dieser Grundregel nicht anders entschieden, als im Allgemeinem: jener nämlich, der es am nützlichsten thun wird. Weil nun also der Nutzen der geistlichen Heerde der Hauptpflicht ist, aus welchem verschiedene Pflichten gefolgert, so können wir beherzt diesen Schluss machen, daß, obgleich ein Bischof seine Oberaufsicht über die Verwaltung des Predigamtes in seiner Diözese nicht darf einschlafen lassen, gleichwohl der Fall sehr gemein seyn könne, wo Kirchenvorsteher ihre Pflicht in Bezug auf das Predigamt vollkommen, auch wohl besser erfüllen, wenn sie solches unter ihrer Aufsicht durch andere verwalten lassen, als wenn sie es selbst übernähmen, und — daß also jene Lehre der Kanonisten in der Theorie zwar unleugbar sey, von der Pflicht des Predigamtes, auch in eigener Person könne keine entgegengesetzte Gewohnheit, keine Menge von gegenteiligen Beispielen freysprechen, daß aber doch in der Anwendung dieser Lehre von dem persönlichen Predigen gar oft Ausnahme leiden könne. Wir wollen es noch gelten lassen, daß Bischöfe, die, wie z. B. in Italien, Diözesen von ganz eingeschränktem Bezirke haben, und folglich in ihrem zum Predigen erforderlichen Studiren wenig gestört werden, genauer zur persönlichen Erfüllung derselben sind. Wollte man aber in Deutschland diese Tridentinische Strenge missverstehen, so werde dadurch mehr Schaden,

Schaden, als Nutzen angerichtet werden. Denn es ist ziemlich handgreiflich, daß ein Bischof Deutschlandes, der zugleich wichtige Sorgen der weltlichen Regierung auf sich liegen hat, dessen Diözese gewöhnlich sehr weit ausgedehnt ist, dem östere Irrungen mit seinen benachbarten Fürsten und Bischöfen vorkommen u. s. w., daß ein solcher weit vernünftiger handelt, wenn er wohl ausgewählten Männern, die sich ganz dazu widmen können, das Amt zu predigen überträgt, und die übrigen Geschäfte sich angelegen seyn läßt, als wenn er sich einfallen ließe, den perpetuirlichen Prediger vorzustellen. Er würde zu diesen beiden Stücken nie hinreichende Kräften, Uebung und Zeit haben" (c). Plura adhucdum hic dicenda, qualiter E. g. Regulares priuilegiis concionatur Episcopis subjiciantur, quidnam tum in propriis suorum Ordinum, tum in aliis Ecclesiis concionantes observandum habeant &c., ne verò prolixiores simus, ad alios Authores remittimus (d).

(a) Cap. inter cætera 15. l. 1. c. 31. de Offic. ordinat.

(b) Pontif. Rom. de Ord. Presbyteri.

(c) Mainzer Monatschrift von geistlichen Sachen. Ersten Bandes. Drittes Heft, 1785.

(d) Cf. Pax Religiosa Fid. Karg Decad. VI. C. IX. Van Espen P. 1. T. XVI. C. XI. Bened. XIV. de Synod. Diœc. L. IX. C. XVII.

§. V.

Recensentur alia Episcoporum numeri in compendio.

Alterum Episcoporum officium *interpellare* apud Deum pro populo, cum sint mediatores Deum inter, & ipsum populum, legatione populi fungentes ad Deum. Hoc suum munus ritè exequuntur Episcopi, sicut ad exemplum Apostolorum (a) ministerio verbi

D

Divini



Divini instantiam orationis adjungant. Cumque excellentior & efficacior orationis species sit Missæ sacrificium, hujus quoque celebratio præcipuè incumbit Episcopis, quibus in signum dignitatis superioris insignia quædam propria (b), quibus in Missarum celebrazione à reliquis Sacerdotibus sese distinguant. Ex Espenio refert Rieger (c) primis Ecclesiæ sacerulis oblationem hujus Sacrificii aliis Sacerdotibus haud fuisse concessam, nisi Episcopo absente, aut impedito, ac ut quidpiam insoliti apparuisse, sin Episcopus diebus Dominicis, ac festis conventui fidelium non præsedisset, aut sacrificium non obtulisset. Obligationis hujus pro ovibus suis offerendi Missæ sacrificium Episcopos admonet Trid. (d), id quod decretum renovat Synodus Mechliniensis de An. 1570. „Inter cæteras Episcoporum functiones non infimum locum habet *oratio pro populo, & communis Sacrificii oblatio*, de quibus si bonum habeant testimonium, non parum inde eis auctoritatis accedet“ (e). Nec solummodo Episcoporum est continuas ad Deum fundere preces, pro populo, ac pro semetipso sacrificium offerre juxta monitum Apostoli: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis . . . quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso* (f). Sed & partes Episcoporum sunt ipsum populum ad orandum incitare, ac invitare, præscribere preces tum *privatas*, tum *publicas*, (quarum vulgatissima species *oratio 40 horarum*) modumque in iis observandum constituere, processiones seu supplicationes *solennes* (ad quas Clerus tam *Sæcularis*, quam *Regularis* accedere teneatur) (g) indicere, ritumque præscribere, quo instituendæ, ac quænam in iis caven-
da, quæque in iis observanda, ne v. g. unâ cum venerabili Sacra-
mento imagines Sanctorum, eorumque Reliquiæ circumferantur, non

minùs

minus Episcoporum est Processiones, eti ab antiquo observari solitas
 (si in easdem abusus irrepsisse, si ad excessus committendos, præ-
 cipue conducere, & ad quid aliud hodiecum? perspexerint) vel ex
 toto abrogare, aut saltem immutare (b). Precibus publicis accense-
 tur officium Canonicum, quod solenniter persolvitur, quare omni
 caret dubio Episcoporum esse invigilare, ut omnia riœ, devotè, ac
 recto ordine in Divino officio peragantur, nilque aut solidæ devotioni
 adversum, aut Majestatem officii dedecens immisceatur. Quapropter
 varia Concilia, inter alia Coloniense sub Hermanno V., & Synodus
 Diocesana sub Adolpho III. 1549. (i) Episcopis inculcabant, ut *Breviaria, Missalia, Antiphonalia*, aliasque ad officium Ecclesiasticum
 spectantes libros diligenter examinari, ac revideri procurent, ut am-
 putatis superfluis, ac superflitiosè insertis, cultui Divino indecenti-
 bus &c. ea tantum (quæ dignitati Ecclesiae & priscis institutis con-
 sentanea ad Dei gloriam, & Sanctorum honorem promovendum &c.
 conducerent) relinquenterent (k). Denique & aliud Episcoporum mu-
 nus, scilicet *Sacramentandi*, quod in solis Episcopis plenum, ac per-
 fectum, qui soli Neo-Mystis manus imponunt, (§. I.) veri, & ge-
 nuini Patrum Patres (§. II.). Sunt & alia, quæ non à minorum Sa-
 cerdotum, sed Episcoporum potestate dependent: Basilicarum conse-
 cratio, unctio altaris, consecratio Chrismatis, impositio manuum, quæ
 baptizatis confertur Spiritus S. (l).

(a) Act. 6. ¶. 4., item Coloss. 1. ¶. 9.

(b) Usum Pontificalium nonnullis Abbaibus, ac Prælatis quibusdam inferioribus
 competeat notum, sed non jure eorum dignitatis, sed ex singulari privilegio.
 Cap. ut *Apostolicae Sedis* I. s. t. 7. de Privileg. in 6.

(c) Instit. Eccles. P. II. §. CCXLV. — (d) Sess. XXIII. de Reform. C. 1.

(e) Tit. de Episcopis C. 3. — (f) Hebr. C. 3. ¶. 1. & 3.

(g) Trid. Sess. 25. de Regul. C. 13.



- (b) Quoad Processiones per agros, & campos ita in Synodo Nostrâ 1536 statutum
 „Quod Processiones per agros, & campos peraguntur, rationem quidem haberet, nempe, quod populus oret, ut segetes, ac fruges à Domino conserventur. Verum ut alia plurima, ita & hic mos hominum malitiâ depravatus est, quod per occasionem talis deambulationis, quæ Deo placando erat instituta, pleraque scelerâ committantur. Quamobrem nobis satius videtur, ut hæc, aliæque supplications, ac Processiones de cætero intra septa Ecclesiârum religiosè fiant, ac ut in templo, loco precationibus peculiariiter dedicato orete Deus, habeaturque tum pius, tum rei ac temporis conveniens ad populum comonitorius sermo“. Quæ Sancio expost renovata. Vid. Decreta Synod. Max. Henrici, T. VI. de Process. Cf. Mainzer Monatschrift. Ersten Bandes. Günstes Heft.
- (c) Decret. cit. T. III. de Off. Divino, & Cærem.
- (d) Hâc Auctoritate usus Maximilianus Frider. glor. mem. novam pro Archidiœcesâ Noltrâ Breviarii emendationem, & editionem procuravit, ac in vim Ordinationis de An. 1780. omnibus Archidiœcessis Clericis sacerdotalibus injunxit, ut eodem sic emendato, & non alio uterentur Breviario. Vid. Ordinat. P. 3. Element. Hedderich. Cui Archiepiscopali decreto totus mox gaudens obsecundavit Clerus.
- (e) Benedict. XIV. L. VII. C. VII. & VIII. de Synodo Diœces.

CAPUT TERTIUM.

DE EPISCOPORUM JURIBUS, EORUMQUE JURIS- DICTIONE.

§. I.

*Quænam primis Ecclesiæ sœculis Episcoporum
in Regulares potestas.*

Quemadmodum Apostoli plenariâ ipsis à Christo Domino communicata gaudebant potestate Ecclesiam instituendi & gubernandi, ac omnia ad debitum Ecclesiæ regimen necessaria ordinandi tanquam fide-

= = =

fideles mysteriorum Dei dispensatores, Christi ministri, ac botii Christi gregis Pastores, & Ecclesiæ Rectores, ita non minus Episcopi ex suâ institutione præveniendo jus positivum, præveniendo reservations Pontificias plenam, & illiminatam habent authoritatem (non tantum quoad ea, quæ ordinis, sed & quæ jurisdictionis sunt) statuendi & disponendi, quæcumque ad salutem populi sibi commissi, ad rectum Ecclesiæ regimen necessaria aut utilia judicaverint, inde fuit verior Canonistarum (*a*) sententia, in regulâ Episcopos in decretis Conc. generalium, in Constitutionibus Pontificiis secundum Spiritum Ss. Canorum posse dispensare. Et etsi singuli Episcopi certis quibusdam locis hodieum adscripti, ac cuiilibet Episcoporum portio gregis sit adjudicata, quam unusquisque regat, ac gubernet, hæc ipsa tamen Ecclesiârûm divisio jure humano inducta (cum ut Successores Apostolorum vocati ad impendendam curam pastoralem omnibus Christi fidelibus) hanc Episcopalis potestatis imminutionem nequit operari, ut Episcopus id ita exigente necessitate aut salute proximi suam authoritatem ad alias Ecclesiâs non possit, quid? hinc & inde extendere non debeat (*b*). Ex dictis in proposito jura Episcoporum esse amplissima, quæ, ut brevitati consularunt, communius in 4. genera solent distingui distinctione adhucdum in scholis & foro receptâ, & sunt: *Jura Ordinis, Jurisdictionis, Legis Diocesanæ, & Statûs, seu Dignitatis* (*c*): De singulis hisce Juribus sigillati ex ordine pertractare nimis prolixum foret, unde unum solùmmodo hic discutiendum selegimus argumentum, quænam scilicet tum primitus, tum modò Episcoporum potestas in Regulares. Ab Ovo, ut dici solet, rem incipiamus, & altius in historiam ascendamus: Nemo, qui vel à limine salutavit historiam, ignorabit Monachos ex primævâ ipsorum institutione fuisse de sorte laicorum, ab Ordinibus Clericalibus omnino sepa-



separatos, penes solam perfectiorem vitæ rationem, & arctiorem à mundi tumultibus abstractionem &c. ab aliis fidelibus laicis distinctos, in omnibus verò laicali subjectos disciplinæ, cumque laicis Ecclesiæ frequentatissime Parochiales (d). Inde Episcopi nec plus, nec minus in Monachos, ac in reliquum populum obtinebant potestatis. At cum Sæculo V. numerus Monachorum excresceret, ipsique exstructis Monasteriis ipsâ vivendi ratione à reliquo populo sese distinguere, ac negotiis Ecclesiasticis, & Ecclesiæ regimini (e) se immiscere cœperint, inde visum Monachos Episcopis arctius subjicere, hisque in Monachos, & eorundem Monasteria ampliorem quandam attribuere potestatem. Id primum factum in Conc. Chalced. 451. ad suggestionem Marciani Imp., Act. 6rā (f). Canon IV. (quibusdam de scholâ hic Can. p. a. petra scandali videbatur) hisce conceptus: „Qui verè & sincerè vitam Monasticam aggrediuntur, digni convenienti hoc honore habeantur. Quoniam autem nonnulli prætextu monastico utentes, & Ecclesiæ & negotia civilia perturbant, & temerè citra ullam discriminis rationem in urbibus circumversantes, quin etiam monasteria sibi constituere studentes, visum est, nullum construere monasterium, usquam ædificare, vel constituere, vel oratorium domum præter sententiam ipsius Civitatis Episcopi. Monachos autem, qui sunt in unaquaque regione, & civitate Episcopo subjectos esse, & quietem amplecti . . . Civitatis autem Episcopum oportet eam, quam par est, Monasteriorum curam gerere“ (g). Rationem ita statuendi ipsimet Patres indigitant: ne scilicet per Monachos Ecclesiæ perturbarentur, utque Monachi speciali Episcoporū curâ in suis Monasteriis jejunio & orationi in quiete vacarent (h).

(a) AuctoR Annot. ad Tit. de M. & O. — (b) Van Espen P. 1. T. XVI. C. VI.
Item Bingham lib. 2. C. 3.

(c) Bre-

- (e) Brevem omnium dilucidationem vide ap. Zallwein T. IV. Q. II. C. II. § VIII.
Rieger P. II. §. CCLII. & seqq., quid Episcopis in Germania observandum,
ap. Auct. Annor. I. cit.
- (d) Van Espen T. XII. C. 1. Karg Pax Relig. Dec. 1. C. 1.
- (e) Non omnes omnino, & promiscue Monachi ad statum Clericalium admittebantur. „Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, & vita ac fidei in-
finitus sancta commendat, Clericorum officiis aggregari, & optamus, & vo-
lunus“. Can. 29. Cauf. 16. Q. 1., item Can. prisca 1. Dist. 55. Cf. Thom-
ass. P. 1. lib. 3. C. XIII.
- (f) Vid. Natalis ad Sæc. V. Cap. III. §. XVII.
- (g) Can. qui purè Cauf. 16. Q. 1., item Can. quidam Monachorum Cauf. 18. Q. 2.
item l. 40. C. de Episc. & Cleric. lib. 1. T. 3.
- (h) Quām suberant Monachi, & Monasteria per prima s. Sæcula, de eo plus
ap. Thomass. I. cit. Cap. XXVI.

§. II.

Monachorum exemptiones usque ad Sæculum XI. incognitæ.

Id quod de Monachorum ad Episcopos subjectione Synodus Chal-
cedonensem statuisse vidimus, id ipsum confirmarunt posteriora Con-
cilia, ut Agathense de An. 506. Can. 27., Aurelianense I. 511.
C. 21. (a), Epaonense 517. C. 8. & 19., Ilerdense 524. C. 3.
Aurelianense II. de Anno 533. C. 21., Arelatense V. 554. Can. 2.
Eadem illa decreta Justinianus suâ lege confirmabat: Monasteria de-
gunt, seu censentur, sub Episcopis territoriorum suorum, & Abba-
tum quidem curam gerant Episcopi, Monachorum vero Abbates (b).
„Nondum (ut ritè adnotat Cabassutius) (c) nondum felicibus illis Sæ-
culis invaluerant confuetudines Ecclesiarum, aut Clericorum cuiuscun-
que generis nulli Diœcesi adscriptorum, neque multiplicium privile-
giorum, ac exemptionum, quibus abutentes Clerici quomodo cunque
obtentis in superbiam erigebantur, adversus Sacrosanctam Episcopo-
rum



rum potestatē insolentescebant, majorique licentia in flagitia presiliebant impunitate propositā^a. Privilégium, quo quis à jurisdictione Episcopi esset exemptus, res erat istis Ecclesiæ sæculis planè incognita. Equidem à Sæculo VI. (d), & sequentibus jam varia privilegia, immunitates & exemptiones ab Episcopis, & Regibus Monachis & Monasteriis passim concessa legimus, verū salva in omnibus persistebat Monachorum, & Monasteriorum Canonica ad Episcopos subiectio, ac prædicta privilegia, plura notā suppositionis non carent (e), aliud quid aut scilicet liberam Abbatum electionem, aut quietis Monasticæ conservationem, aut defensionem bonorum temporalium aut &c. concernebant. Exempla hic subministrat Historiographorum Sæculi nostri Princeps Mich. Schmidt I. cit., ubi: „Einige der berühmtesten Klöster, als Lerins, Agennes und andre waren zeitlich darauf bedacht, besondere Privilegien sich von den Bischöfen und Königen ertheilen zu lassen, allein diese betrafen keineswegs die Unterwerfung in geistlichen Dingen, sondern nur die innere Verwaltung der Klostergüter, und einiger dahin sich bezichender Dinge“... Varia alia exempla habentur apud Espenium (f) de Monasterio Castellensi, & Arelatensi, uti & de privilegiis per S. Gregorium Abbatissæ Mafiliensi concessis. Occasio similia privilegia petendi, & concedendi erat: Nonnulli Episcoporum bona Monasteriorum invadebant, varias easque excessivas exactiones pro Monachorum ordinatione, pro benedictionibus Abbatum, pro Ecclesiarum, & Altarium consecrationibus, pro communicatione S. Chrismatis, & Olei, pro &c. extorquebant (g), perturbabant hinc inde liberas Abbatum electiones, utque hisce excessibus obviaretur, tum Reges ac Imperatores, S. Pontifices, ac ipsimet Episcopi varia illæsā tamen jurisdictione Episcopali indulserunt privilegia à Regibus, & S. Pontificibus confirmata (h). Totum, quod diximus, ad

eviden-

evidentiam demonstrant formulæ privilegiorum à Marculpho Monacho Sæculi VII. scriptore exaratae (i). Ex formulis rem præsentem spectantibus scitè has infert sequelas Natalis (k), 1. nondum gene-
rales fuisse Monasteriorum immunitates, 2. Pontifices Maximos non-
dum sibi solis illas concedendi arrogâsse. 3. Episcopum quem-
libet potuisse privilegium immunitatis tribuere monasterio, quod ipse
vel alias in suâ Diœcesi fundaverat, 4. quò firmior esset illa immu-
nitas, à Rege fuisse roboratam, 5. &c. Nec minus scitè animadver-
tit Michael Schmidt „Zuletzt ergiebt sich noch klar hieraus, daß der
Begriff von einer Exemption in geistlichen Dingen noch nicht auf der
Welt war“ (l). Hallucinantur itaque, qui originem exemptionum
facto S. Gregorii, aut Synodo Carthaginensi de An. 525. adjudicant.
Imò Monachos unà cum Monasteriis Sæculo VIII. IX. X. & expost
adhuc Episcopis subjectos fuisse fuse ostendit Thomass. (m).

(a) Can. Abbates Caus. 18. q. 2. — (b) L. cit. de Episc. & Cleric. cf. & Nov.
V. C. IX. (c) Not. Ecclesiast. Sac. V. ad d. Can. Chalced.

(d) Im sechsten Jahrhundert setzte der heilige Benedikt eine Regel auf, die
solchen Weißt fand, daß sie fast in dem ganzen Occident in allen Klö-
ster angenommen wurde. Geschichte der Deutschen, zweytes Buch, neun-
tes Kapitel. Quidni & Scriptores à sacris nostris alieni, uir Auctor Geschichte
der Christlichen Kirche p. 312.: Bisher hatten die Mönche nach Art der
Egyptischen und Christlichen sehr strenge und in wüsten Gegenden gelebt.
Sie überließen sich dem beschaulichen Leben, und erwarben sich durch Feld-
arbeit ihren Unterhalt. Benedictus suchte sie von ihren Träumereien ab-
zulenken, ihre Lebensart vernünftiger einzurichten, und neben dem Gebet,
und Handarbeit sie auch zum Studieren, und Unterricht der Jugend an-
zuhalten. Vid. & Spittler Grundriss der Geschichte der Christlichen Kirche
p. 92.

(e) Epenius P. III. T. XII. C. II. Zallwein T. IV. Q. II. Cap. IV. §. 1.

(f) L. cit. — (g) Geschichte der Deutschen l. cit.

(h) De Marca de Concord. Sacerd. I. 3. cap. 16.



- (i) Libri duo formularum Ecclesiasticarum insignem usum habent pro notitia poli-
tia Ecclesiastica tum temporis vigentis. Reseruntur inter capitularia Franco-
rum à Baluzio edita p. milii 371.
- (k) Sæc. VII. Cap. IV. Art. IX. — (l) L. cit. vid. & Clemens Becker ad S. VII.
p. 317. — (m) P. I. L. III. C. XXVII. & XXVIII.

§. III.

Sæculo primum XI. exemptiones Regularium invalueré.

Ante Sæculum XI. distinctio inter Monasteria *exempta*, & non *exempta* nulla in scriptis istius ætatis occurrit, sed omnia spirituali Episcoporum regimini subjecta dicuntur. Nec ante dictum Sæc. auditæ Episcoporum querelæ adversus Monachorum privilegia, & Monasteriorum ac Abbatum exemptiones à jurisdictione Episcoporum, sed mira adhucdum consensio quædam Episcopos inter, & Regulares, & suavis quasi concertatio Episcoporum ad amandos, & devinciendo sibi charitatis vinculo Monachos, & Monachorum ad venerandos, & obsequiis suis demerendos Episcopos vigebat. Frequentius autem ex parte Episcoporum contra dictas exemptiones querelæ obmotæ Sæc. XII., ut in Conc. Rhemensi de A. 1122. (a), id quod luculentum argumentum exemptiones istas aut tum demum primum fuisse enatas, aut tantum incrementum sumptissime, ut inde tot, & tanti in Ecclesiæ exorti tumultus. Et quid miri Episcopos contra similes exemptiones (quibus sic exempti omnino absoluti à jurisdictione Ordinarii etiam in iis, quæ ad *legem jurisdictionis* spectabant, immediate Sedi Apostolice subjiciebantur) fuisse conquestos? Conquesti non solum Episcopi, sed & ipsimet sacrorum Ordinum Fundatores. Acerrimæ querelæ erant S. Bernardi, qui verè dici valet conditor totius Ordinis Cisterciensis, verba ejusdem ponderosiora, quam quæ ex integro hic non adducenda: „Miror, in-
quit,

quit, (b) quosdam in nostro ordine Monasteriorum Abbates hanc humilitatis regulam odiosâ contentione infringere, & sub humili, quod plus est, habitu & tonsurâ tam superbè sapere, ut quum ne unum quidem verbum de suis imperiis subditos suos prætergredi patientur, ipsi propriis obedire contemnant Episcopis. Spoliant Ecclesias, ut emancipentur, redimunt se, ne obedient, non ita Christus. Ille si quidem dedit vitam, ne perderet obedientiam, quâ isti, ut careant, totum ferè suum, suorumque victimum expendunt. Quid hoc est præsumptionis, o Monachi! neque enim, quia Prælati Monachi, ideo non Monachi^c. Idem S. Bernardus incommoda exemptionum, in Ecclesiam redundantia graphicè describit (c). S. Franciscus Seraphici Ordinis Fundator, qui Regulam suam esse ipsum purum Evangelium existimavit (d), in suo testamento (e) inter alia monita hoc quoque moriens filii suis datum reliquit: „Præcipio firmiter Fratribus universis per obedientiam, quod ubicunque sint, non audeant petere aliquam litteram in curiâ Romanâ^e. Quidni ergo mens S. Patris, ut peterent litteras exemptionis? Inde Baronius (f) adnotat: „Certè nuncquam placuit S. Bernardo, ut Monachi ab Episcopali obedientiâ privilegiis se substraherent, nec gratum fuit S. Francisco, sed Fratris Eliæ hominis non divino Spiritu, sed carnis prudentiâ nitentis opus fuit^f. S. Legislator noster Benedictus tantus absfuit, ut Abbatias jurisdictioni Episcopali subduceret, ut potius ipse in S. Regulâ Episcopos locorum obtestetur, sin tota Congregatio personam indignam elegerit in Abbatem, ut prohibeant pravorum prævalere consensum, & domui Dei dignum constituant dispensatorem (g). Ergone Spiritui S. Benedicti, Spiritui quoque S. Bernardi adversari dicamus, sin Episcopi locorum jus prætendant confirmandi indistinctim omnes fuerum Diœcesium Abbates? Novimus equidem quorundam facrorum Ordinum



num Generalibus concessum fuisse privilegium confirmandi Abbates suorum Ordinum, ast per simile indultum S. Pontifices Episcopis saltem Germaniae præjudicare nec voluere, nec potuere, sed jus confirmandi Abbates Episcopis de jure competens eisdem præservatum manet. Casum habuimus: 1684 in Bavariâ Monasteria Ordinis S. Benedicti in Congregationem sub nomine Ss. Angelorum Custodum fuere redacta, & hæc erëcio Brevi Apostolico desuper expedito approbata, privilegia quoque aliâs consecaria fuere concessa, abundantioris cunctæ gratiâ jus confirmandi Abbates Ordinariis specialiter fuit præservatum (b). Hæc incidenter. Nolumus hic multum commemorare, quâm vehementer in exemptiones & alii viri non minus Religione, quâm scientiis conspicui invehebantur, ut Petrus Blesensis Archidionensis Bathoniensis in epist. 68. ad Alexand. III. sub nomine Archiepiscopi Cantuariensis, item in epist. 90. ad Fratrem suum Abbatem Maniacensem, Joannes Sarisberiensis Episcopus Carnotensis, Petrus Cantor, de quibus vid. Van Espen (i).

(a) Thomasi, l. cit. — (b) Epist. ad Henr. Senon. Archiepiscop. de moribns & offic. Episc. C. 9. — (c) L. 3. Consider. Cap. 3.

(d) Fleuri Differt. VIII. in Hist. Eccles. §. VIII.

(e) Idem Fleuri l. cit., Testamentum suum distictâ concludit prohibitione, ne quis suorum ultum à P. privilegium petere audeat, ac ne vel minima regula sua glossa, aut interpretatio adjiciatur. At Spiritus dissensionis, & discordiarum, qui tum regnabat, simplicitatem istam haud patiebatur. Quatuor anni à S. Viti obitu nequam effluxerant, cura Fratres Minoris in Capitulo de An. 1230 congregati à Greg. IX. Bullam obtinenter, qua eos testamenti observatione non teneri declarat, quæque Regulam variis in articulis interpretatur.

(f) Ad An. 676. n. 5. — (g) Cap. 64. de ordinando Abb. In hoc cap. Benedict. XIV.: Pro casu illo, quo à malis monachis dexteror rector, & Abbas eligerebant, regula (S. Benedicti) potestatem facit Episcopo se ingredi in ipsius Abbatis & Monasterii reformatione usque ad depositionem Abbatis, & alterius deputationem Bull. T. II. p. 207.

(h) Rigantius in Reg. II. Cancellar. §. II. — (i) L. cit. C. IV.

§. IV.

Continuatae querelæ, & remedia quæsita.

Utut justæ plurium Sanctorum, & illustrium Virorum querimoniarum adversus exemptiones obmotæ, non ita tamen efficaces, ut easdem statim in cunis suffocare potuerint, imò indies magis invalescebant, inde Sæculo XII. & sequentibus frequentiores quoque auditæ querelæ, & remedia ad exemptionum abusus coercendos quæsita. Et primùm in Conc. Lateran. 1179 sub Alexand. III., cum adversus Templarios, & Hospitalarios S. Joan. Hierosolymitani, aliosque Religiosos indulta sibi à Sede Apost. privilegia excedentes, ac multa contra auctoritatem Episcopalem præsumentes gravamina proposita (a), statutum: ne Ecclesiæ & Decimas de manu Laicorum sine Episcoporum consensu recipiant, ac hoc modo suscepas ut dimittant, ne excommunicatos & nominatim ab Episcopis interdictos ipsi ad communionem admittant, cautum quoque: ut in Ecclesiis, quæ ad eos pleno jure non spectant, instituendos Presbyteros Episcopis præsentent &c. (b) Pariter in Lateran. sub Innoc. III. 1215 ex diversi mundi partibus Episcoporum querelæ adductæ adversus grandes quorundam Abbatum excessus manus ad ea, quæ sunt Episcopalis Dignitatis, extendentes v. g. cognoscendo de causis Matrimonialibus &c., idque severè ac districte in hoc Conc. prohibitum (c). De eò iteratò conquesum in Viennensi An. 1311., in eodemque agitatum de revocandis exemptionibus, ac restituendo Episcopis jure antiquo in Religious Familias, quæ in eorum Diœcesibus degerent (d). Conquesum, sed haecenius infelici successu, imò exemptionibus nova continuò accessio facta. Ad exemplum Regularium eximi quoque coepit Capitula Canonorum præsertim Cathedralium, Academæ, &

Studio.



Studiorum Universitates, nec non *singulares* quoque *personæ* seu *Sæculares*, seu *Regulares* variis prætextibus libertatem à debitâ suorum Episcoporum subjectione in magnum præjudicium auctoritatis divinitus concessæ sibi impetrare adlaborabant. Scimus varios Scriptores varias allegare similium exemptionum causas, ac cur S. Pontifices in concessione earundem ad excessum usque fuerint liberales. Quidam causam refundunt in ambitionem, superbiam, & regnandi libidinem ipsorum Abbatum, jurisdictionem Episcopalem perhorrescentium, quidam in ipsorum Pontificum ambitionem, quibus nil magis cordi, quam jurisdictionem Episcoporum supprimere, & regimen purè Monarchicum in Ecclesiam introducere, & magis magisque corroborare, quidam &c. Ipse Martinus V. in Bullâ *de exemptione*. Sess. 43. Conc. Constant. de An. 1414 evulgatâ conqueritur Romanos P., aut pro talibus fœse gerentes, ut Regularium Ordines, Capitula, vel personas potentiores sibi faventes redderent, novis gratiis & privilegiis incunctanter accumulâsse. Idem Martinus dictâ Sess. omnes exemptiones quarumcunque Ecclesiarum, Monasteriorum, Capitularum, personarum ab obitu Gregorii XI. concessas sacro approbante Conc. rescindit, ac Monasteria, Ecclesiæ, ac alia loca in pristinam Ordinariorum potestatem reducit, ac in futurum providens sanctè appromittit se non intendere novas exemptiones concedere, nisi *causâ cognitâ*, & *itis vocatis, quorum interest*. Ast nec hâc ratione exemptionibus satis fuisse contraventum ex inde evidens, quod in Conc. Lateran. V. de An. 1515 sub Leone X. Episcopi post Sessionem IX. inter se convenient, ut ne ulli amplius interessent Sessioni, nisi ante Pontifex revocasset Bullam, *Mare magnum dictam*, & Mendicantes omnes ad terminos juris communis reduxisset (e). Evidens pariter ex Gravaminibus Norimbergensibus 1522 oblatis, in quibus Proceres Germaniæ acerbas

acerbas contra exemptiones movebant querelas (f). At queiscunque Gravaminibus propositis malum perdurabat ad usque tempora Conc. Trid. 1545 exorsi, docet hoc praeclarus ille Praelatorum Conventus à Paulo III. ad colligendos abusus in Conc. reformandos selectus, qui abusum exemptionum generosi exponebant: „Alius abusus magnus, inquiunt, & minimè tolerandus, quō universus populus Christianus scandalizatur est ex impedimentis, quæ inferuntur Episcopis in gubernatione suarum ovium maximè in puniendis, & corrigendis. Nam primò multis viis se eximunt mali homines presertim Clerici à jurisdictione sui Ordinarii. Deinde si sunt exempti, configunt statim ad Pénitentiariam, vel ad Datariam, ubi confessum inveniunt viam impunitati, & quod pejus est ob pecuniam praestitam: . . .”

(a) Cap. cum de privil. l. 5. t. 33. — (b) Cf. Natalis Diff. IX, Sac. XII.

(c) Cap. accidentibus l. 5. t. 31. de excessibus Pralat.

(d) Cabass. ad Conc. Vien. — (e) Ex Rainal. Thomass. l. cit. C. 39.

(f) Gravamen XIII; ita: „Insuper & hoc moluntur §. Pontifices Monasteria aliquos eximendo, ut ab Episcoporum eorum, seu Ordinariorum, ac defensorum, protectorumque allorum jurisdictione ita exempti reddantur immunes, immediate subjaceant Sedi Apost. quæ res non tam prædictis ipsorum Ordinariis ac defensoribus, sed & toti g. Imperio cedit in jacturam . . . Quapropter & hit Imperii Proceres & Status rogant præfata onera exemptionum abroganda, tollenda, emendandaque, ac Monasteria hæc Episcoporum & defensorum ordinariæ jurisdictioni relinquenda. Ut vel inde Imperium g. per Secundum Apost. enervatum vires præstas eo celestius recuperaret queat”.

S. V.

Quid quoad exemptiones in Tridentino actum?

Quantis animorum motibus causa exemptionum in Trid. agitata, acta loquuntur, edicunt historie. Quo zelo non perorabat teste Palavicino Cardinalis Lotharingiaæ contra Capitulorum exemptiones?

Epis.



Episcopi unà cum Principibus Germaniæ, Episcopi quoque Hispani
 omnes omnino exemptiones è medio tollendas urgebant, ac omnia
 Regularium Monasteria, ac Canonicerum Capitula Episcopis imme-
 diatè subjicienda omnibus, quēis poterant viribus, instabant, insta-
 baat pariter pro revocandis Mendicantium privilegiis, ut scilicet ad
 primœvam reducerentur institutionem, ad quam reducunt ut auxiliares,
 & subsidiarii Parochorum in Functionibus Hierarchicis plenariè Epis-
 copis & Parochis subderentur. At intererant complures Abbates, ac
 Ordinum Generales eorumque Patroni, qui suis insistebant privilegiis
 prætendentes eadem non gratuita, sed ob insignia ipsorum in Eccle-
 siam merita esse remuneratoria (a), à Legatis pariter Pontificis, ac
 Episcopis Italiæ sublatio exemptionum (b), ac revocatio privilegio-
 rum Mendicantibus indultorum haud probata fuit (c). Inde Patri-
 bus vià mediâ procedendum benè visum, & exemptiones non om-
 nes equidem indiscriminatim sublata, variis tamen eam in rem edi-
 tis decretis ita circumscriptæ, & limitatæ, ut nativa Episcoporum in
 Regulares jurisdicçio pristino vigori fuerit ferè restituta. Interim quia
 Tridentini decretis non tam nova Episcopis concessa potestas, quam
 vetus, & avita auctoritas Episcopis restituta intelligitur, inde collig-
 gunt Canonistæ communiter 1. delegatam à Trid. jurisdictionem æqui-
 valere ordinariæ, 2. eandem latæ & favorabilis esse interpretationis,
 3. &c. (d). Præcipua super hâc materiâ edita de cœta sigillatim re-
 centebimus. 1. Clerici Sacerdotes, & Regulares exempti extra Mo-
 nasterium degentes, si deliquerint, ab Ordinario loci, tanquam à
 Sede Apostolicâ delegato etiam extra visitationem puniri & corrigi
 valent (e), id idem de Regularibus, qui Studiorum causâ ad Univer-
 sitates mittuntur dispositum (f). Regularis intra claustra Monasterii
 degens, ac extra illud ita notoriè delinquens, ut populo scandalô sit,
 à suo

à suo superiore puniendus, aut ad poenam ab Episcopo infligendam extradendus (g). In causis civilibus mercedum, & miserabilium personarum Clerici Sæculares & Regulares qualitercumque exempti coram Ordinariis locorum conveniri, & ad solvendum nullo obstante privilegio compelli valent (h). 2. Nulla exemptione quidpiam impediente obligantur Regulares ad censuras & interdicta ab Ordinariis lata in suis Ecclesiis promulganda, & servanda, obligantur itidem, ut se conforment legibus Episcoporum quoad Missæ, aut Festorum celebracionem (i). 3. Regulares cujuscunque Ordinis etiam in Ecclesiis suorum Ordinum prædicaturi personaliter se Episcopis præsentare tenentur, in Ecclesiis aliis verò ad populum verba festi præter licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam habere tenentur (k). 4. Nemo Regularium confessiones Sæcularium excipere potest, nisi approbatus ab Episcopo (l). Itidem Regulares curam animarum personarum Sæcularium exercentes in iis, quæ ad diætam curam, & Sacramentorum administrationem spectant, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi immediatè subsunt (m). Brevitatis gratiâ alia decreta silentio præterimus, de quibus vid. Karg, & Van Espen Repagulo Can. P. II. exemptiones pariter Capitulorum, uti & singularem personarum variis limitibus circumscriptæ (n). Occasione exemptionum etiam post tempora Trid. novas in Ecclesiâ exortas fuisse contentiones facta & exempla edocent. Ad finem Sæculi præteriti antiqua controversia Ecclesiam Salisburgensem inter, & Passavensem reeruduit, Passavensis se non solum ab omni jure Metropolitico exemptione declarari, verum etiam in Archi-Episcopatum erigi omnem movebat lapidem, cuius conatus Archipræfet Salisburgensis una cum pluribus Germaniæ Proceribus vehementer, & diu quoque non sine effectu sese opposuere, donec ad potentissimam intercessionem Caroli VI.

F

Imp.



Imp. Benedictus XIII. per editam Bullam 1728 Episcopum Passa-vensem à jure Metropolitico Salisburgensi exemit, eidemque usum Pallii, & insignium Arcbi-Episcopalium concessit (o). Nostrum non est, ut quæstioni juris hâc de causâ motæ nos immisceamus, quia nostri fori solummodo, *quid facti* circa exemptiones in Ecclesiâ con-tigerit, referre, unum tamen pro complemento adjungimus: mirum sanè, ipse Benedict. XIV. Author exemptionis & unctionis Abbatæ Fuldensis in Episcopatum, in aliâ causâ scilicet Episcopi Spirensis contra Ecclesiam Collegiatam in Bruchsal respondebat Monasterium à jurisdictione Episcopi juxta canonicas Sanctiones eximi non posse non requisito ejusdem consensu . . . (p).

(a) Auctor Annot. ad t. de officio, & potest. jud. deleg.

(b) Ex politice sane ratione apologiam exemptionis Regularium in se suscepit Pal-lav. hist. Trid. I. 12. cap. 13. §. 8. „haud inficior unum ex emolumenit, quæ Regularium immunitas secum fert in eo situm, quod auctoritatem Sedis Apost. sustinet secundum institutionem Christi, & Ecclesiæ bonum, cum in comperto sit omne Monarchiæ regimen, quo se illæsum rueratur, opus habere in singulis provinciis aliquo præsidio ejusmodi subditorum, qui Principi per se, ac perpetuò illis dominanti nequaquam subjiciantur“.

(c) Rationem, cur Curiales Romani Mendicantium privilegiis conservandis impense faverint, vid. ap. Espanum P. II. Sect. I. t. 6. c. 7o.

(d) Cf. Febr. JCrI comment. in retract. posit. 35.

(e) Sess. 6. cap. 3., & Sess. 14. c. 4. de reform.

(f) Sess. 25. cap. 4. de Regularibus.

(g) L. cit. c. 14. Exemplum domesticum habuimus in Henrico de Vireburg Archi-Episcopo, vid. Würdwein nov. subfd. t. IV. Num tum temporis quidam cacotrophia, ut ita parthæsiâ utar, laborabant?

(h) Sess. 7. c. 14. de reform. — (i) Sess. 22. de observ. & vitand. in celebrat. Miss. Sess. cit. de Regularib. cap. 12. In vim Ordinationis generalis super dierum Festorum imminutione 1770, s̄t Martii emanata insimul decretum Dedicationem omnium Archidiocesos nostræ Ecclesiarum Dominicâ Festum S. Martini Episcopi in sequente stabiliter celebrandam, nonne hâc lege Archi-Episcopalali omnes quoque Regulares exempti stringuntur?

(k) Sess.

- (k) Sess. 5. c. 2. & Sess. 24. c. 4. de reform. — (l) Sess. 23. c. 15. de reform.
 (m) Sess. 23. cap. 11. de Regul. — (n) Sess. 6. cap. 4. Sess. 25. cap. 6. Sess.
 24. cap. 11. de reform.
 (o) Faber Staats Censley, sieben und fünfzigster Theil, Cap. XVII. p. 664.
 (p) Bull. T. II. p. 208.

CAPUT ULTIMUM.

*DE ORIGINE, INSTITUTIONE CHOR-EPISCOPORUM,
 EORUM POTESTATE, AC OFFICIS.*

§. I.

*Unde nomen Chor-Episcopi, & origo Chor-
 Episcoporum repetenda.*

Quemadmodum ipsimet Apostoli in prædicando verbo Dei coadiutores sibi adsciverant, qui & potestate ordinandi alios Ecclesia ministros ex ipsâ Apostolorum institutione pollebant, sic & Episcopi cum ipsorum Diœcessibus per conversionem gentilium magna facta esset accessio, & ipsi ob amplitudinem Diœcessum ad omnes muneras sui partes adimplendas impotentes evaderent) varios sibi constituere ministros, qui veluti Vicarii eorundem vices supplerent, inter quos & veniunt sic dicti: *Chor-Episcopi*. De ratione nominis etymologica inter auctores non satis convenit. Quidam ex eo putant ipsos *Chor-Episcopos* fuisse dictos, eo quod de *Choro Sacerdotum* essent, sed longè verisimilius (id quod magis patebit ex infra dicendis) inde hoc nomen ipsis fuisse attributum, eo quod *ruris Episcopi* essent, qui in pagis & villulis aliqua Episcoporum munera obirent (a). Unde Ferrandus Diaconus in Breviario Canonum *Chor-Episcopos Vicarios Episcoporum* interpretatur, ratione muneris attenâ, quod

F 2

gerunt



gerunt erga vicanas Ecclesias, & Parcicias rusticanas (b). Origo Chor-Episcoporum nullatenus ex institutione Christi, aut Apostolorum est repetenda, nullum siquidem eorundem vestigium, aut in S. Scripturâ, aut in Canonibus, item Constitutionibus sic dictis Apostolicis, aut in genuinis S. Ignatii Antiocheni epistolis, aut in Epist. Cornelii P. ad Fabium Antiochenum, aut in Canonibus Illiberitanis invenire licet. Luculentum igitur inde argumentum desumitur tribus prioribus Ecclesiæ Sæculis nulos adhucdum extitisse sic dictos Chor-Episcopos. In Ecclesia Orientali prima eorundem mentio occurrit in Concilis Ancyrano, & Neo-cæsareensi de An. 314. (c), cum verò hæc Concilia loquantur de Chor-Episcopis, ut jam modò institutis, ac agant de eorundem coercendâ potestate, quam sibi contra Canones vindicabant, ritè inde colligimus paulò ante tempus dictorum Conciliorum in Oriente exortos fuisse Chor-Episcopos. In Occidentalî autem Ecclesiâ primâ de eisdem mentio instituta invenitur in Conc. Regiensi de An. 439., in quo Can. 3. Armentarius contra Canones, utpote inscio Metropolitano ordinatus, ita Episcopatu abdicatus est, ut tamen eidem fuerit permissum cum *Chor. Episcopis* federe, eorumque fungi muneribus, si quis illum ex Episcopis hoc vellet solari munere (d). Contrarium, ante Sæc. V. scilicet apud Latinos modò viguisse Chor-Episcopatum ex nullo genuino monumento evinci potest, quod attinet Damasum P., qui floruit circa medium Sæc. IV., & qui in epist. IV., aut juxta alios V. dicitur locutus de Chor-Episcopis, communis & satis hodie dum nota opinio Criticorum ejusdem Epistolas, exceptâ unâ ad Hieronimum, sicut & aliorum veterum P. esse suppositiones (e). Ab initio hujus §. modò diximus, quâ occasione fuerint instituti Chor-Episcopi, cum scilicet Sæc. IV., & V. Ecclesia jam immensa accipiebat incrementa, ac sic Episcopi omnia, quæ ipsorum

mune-

muneris erant, per semetipos peragere nequibant, necesse habebant
in vicis & pagis constituere quosdam Episcopos *Vicarios*, eisque
concedere potestatem quædam negotia vice eorum expediendi, & in-
de ortum suum traxerunt Chor-Episcopi, de cuius Ordinis natura
ad huc disputatur, unde

- (a) Bingham l. 2. C. 14. §. 1. *Juenin Dissert. IX.* quest. 2. de Ord.
- (b) Ap. de Marca de Sacerd. l. 2. cap. 13. Joh. Georg Pertschens Versuch
Kirchen-Historie. Erstes Jahrhundert, zehntes Hauptstück, vierter Ab-
schnitt, §. XXVI.: „Es waren nicht nur in Flecken und Dörfern Christi-
liche Gemeinden anzutreffen, sondern solche auch mit Weltlizen oder Bis-
chöfen versehen . . . Um aber diese Bischöfe von denen, so in den Städ-
ten waren zu unterscheiden, wurden sie Chor-Bischöfe, von dem Worte,
welches einen Meyerhof, ein Landgut, ein Feld und Dorf bedeutet,
benennt.“
- (c) Futilia est eorum argumenta, qui ex antiquioribus monumentis ortum Chor-
Episcoporum eruere conantur, ostendit Bertii l. 36. c. 10. *de Theolog. disciplo*
p. 258. — (d) Caball. Not. Ecclesiast. Sac. V.
- (e) Rautenstrauch Inst. Jur. Eccles. t. 1. de Vicar. Episcop. §. 57a.

§. II.

Recensentur diverse opiniones quoad naturam Ordinis Chor-Episcopatus.

Prima sententia eorum, quæ eosdem censet fuisse solummodo me-
ros Presbyteros, nec ullam unquam *per se* accepisse Ordinationem
Episcopalem (a). Admittunt tamen negari non posse aliquando con-
tinguisse in Chor-Episcopos assumpni, qui Episcopali Charactere ab antea
insigniti, aut à suâ Diœcesi ob persecutionis æstim expulsi, aut ab
eius administratione in pœnam gravis cuiusdam criminis commissi
legitimâ autoritate erant privati (b). Altera est opinio eorum, qui
è diametro sustinent Chor-Episcopos omnes Charactere, & Ordina-
tionem



tione fuisse veros Episcopos (c). Argumenta eorum præcipua sunt, imum ex Concil. Ancyran. Can. 12. „Chor-Episcopis non licere Presbyteros, aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris Civitatis sine præcepto Episcopi, aut litteris imperare“, ergo saltem de licentia Episcopi Chor-Episcopis licitum ordinare Presbyteros, aut Diaconos, ergo insigniti erant Charactere Episcopali. Alterum ex Conc. Antiocheno de An. 341., quod idem majore adhucdum claritate confirmat „Qui in vicis & in pagis Chor-Episcopi dicuntur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sanctæ Synodo placuit . . . , nec Presbyterum, nec Diaconum ordinare audeant absque urbis Episcopo, cui subjiciuntur ipse & regio“ quium ex epist. 181. Basili ad suos Chor-Episcopos, in qua eosdem acriter reprehendit, quod violata jurisdicione Episcopali non nullos in Sacerdotalem numerum coptarent, cum prædecessorum suorum tempore nisi præmonitis Episcopis hoc attentare non auderent. Potestatem igitur Ordinandorum Presbyterorum eisdem competere non pernegat, sed vult eadem non utendum nisi præmonitis Episcopis. Aliud argumentum ex Athanasio vide apud Bingham (d). Ast non obstantibus adductis argumentis inter extremas has sententias nostro iudicio sententia media videtur verisimilior, Chor-Episcopos scilicet *ex suo instituto* fuisse non nisi simplices Presbyteros, interdum tamen *ex causis accidentariis* contigisse, ut iidem Charactere Episcopali præ aliis Sacerdotibus præeminerent (e). Nunquid enim Can. 6. Sardensis, 57 Laodicenus, aliquie (f), distinctè interdicebant, ne in vilis, pagis, oppidulis constituerentur Episcopi? & quænam inter alias ita statuendi ratio, nonne, ne aliæ nomen & authoritas Charactris Episcopalis vilesceret? ubinam verò ex ipsorum instituto instituendi Chor-Episcopi, nunquid ex ipsâ nominis ratione (§. præcd.) in pagis

&

= = = = =

& villulis? qui ergo dictis conformiter sustineri queat Chor-Episcopos ex proprio instituto veros fuisse Episcopos non capimus. Nunquid ex præscripto Canonum ordinandi in Episcopos à tribus saltem Episcopis erant ordinandi, id quod & constanter scimus in Ecclesiâ religiosè fuisse observatum? quid autem ad ordinationem Chor-Episcopi? fiat autem Chor-Episcopus (inquit Synod. Antiochena Can. X.) ab Episcopo Civitatis, cui subjicitur, igitur suâ ordinatione non erant Episcopi. Constans semper fuit Patrum traditio Episcopos (de quo in anteced.) veros Apostolorum successores existere, cum ex adverso constanter à Patribus creditum Chor-Episcopos non Apostolis, sed septuaginta discipulis successisse, Chor-Episcopi autem (inquit Conc. Neo-Cæsariense C. 14.) sunt quidem in figurâ septuaginta. Ergo non omnes Charactere Episcopali condecorati, ergo si in hoc Charactere præfulgebant, id non ex ipsorum instituto, sed ex causis accidentariis promanabat. Ex ipso Can. 10. Antiocheno hoc totum evidens, dicit etenim Canon: „Quamvis manus (aut ut alii legunt si manus) impositionem Episcoporum percepint, & ut Episcopi consecrati sint“, ergo quidam Chor-Episcoporum consecratione Episcopali erant insigniti, sed non omnes, ergo omnes ex ipsorum instituto non aliud, quam simplices Presbyteri. Quoad Can. Ancyranum adnotat, ac invictissimè demonstrat de Marca (g) græcum hujus canonis textum omnino vitiatum esse, ac ipsam vulgaram Dionisi versionem mutilam esse, in eaque restituenda hæc verba: *aliquid agere*, eademque inferenda post illa verba: *Presbyteris Civitatis*, atque ita integer Canon exhibendus: *Chor-Episcopis non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris Civitatis aliquid agere sine præcepto Episcopi, vel literis in unaquaque Parochiâ.* Verba Basili: *in Sacerdotalem numerum coaptarent viri docti interpretantur de ini-*

tin-



tiatione inferiorum Clericorum, quos ibidem Basilius aperte distinguit à Presbyteris & Diaconis, immo potestatem ordinandi Clericos inferiores prius Chor-Episcopis indultam Basilius ibidem restringit, cum scilicet à veteri disciplinâ recesserant non sedulò discutiendo eorum merita, quos Clero adscribant, nec de iis referendo ad Episcopum, statuit Basilius, ne Chor-Episcopi aliquem inferioris gradus Clericorum constituant, nisi prius consulto Episcopo, qui promovendorum suffragetur meritis. Causæ accidentariae (cur hinc inde Chor-Episcopi Charactere Episcopali insigniti) erant variae, 1. ut ab initio diximus, nonnulli Episcopi ob hostilitatem ob contumaciam populi &c. suas Ecclesias adire non permittebantur, similes fere nostris Episcopis titularibus, qui assignati Ecclesiis in partibus infidelium existentibus propriâ carent Diocesi, in quâ jurisdictionem exercerant. Iste nonnunquam regendo Chor-Episcopatui adhibebantur. Chor-Episcopatus siquidem ministerium erat, ad quod tum Presbyteri, tum Episcopi assumebantur, cum itaque conferebatur alicui Episcopo vacanti, hic verus Episcopus erat, non in vim Chor-Episcopatus, utpote qui solûm Ecclesiarum in agris sitarum administrationem conferebat, sed in vim ab antea suscepitæ consecrationis Episcopalis. Conc. Antiochenum Can. 18. Episcopis vacantibus, qui ordinati ad parœciam suam non accedunt ob contumaciam populi aut ob aliam causam sine tamen eorum culpâ, eisdem inquam Episcopis permissit honoris & ministerii communionem, et tamen lege, ut negotiis Ecclesiæ, in quâ morantur, sese non immiscent. Sanè si Episcopus vicinus misericordiâ commotus Chor-Episcopatus ministerium eidem contulisset, idem Chor-Episcopus qui & verus Episcopus. 2. Cum, ut dictum, Episcopi in solis urbibus constituendi, Hæretici quidam uti Cathari, aliique eosdem etiam in pagis ostentationis causâ collo-

collecebant, quibus, qui ad Catholicam communionem redibant, interdum gratia siebat Chor-Episcopatus locum obtinendi, uti de Catharistis statuit Can. 8. Conc. Nicæni.

- (a) Juueni Diff. cit., Natalis append. ad Diff. 44. in Sac. IV. Thomass. P. 1.
I. 2. cap. 1. & 2., aliisque.
- (b) Cabass. ad Can. 13. Conc. Ancyrr. de Marca I. 2. de Concord. C. 13.. Bellarm. de Cleric. I. 1. c. 17. Zallwein T. IV. Q. II. C. II. §. VIII.
- (c) Rabanus Abb. Fuldensis I. de Chor-Episcopis ap. de Marca, Bingham I. II.
cap. 14. §. IV., aliisque ab eo citati. — (d) L. cit.
- (e) Berti I. & cap. cit. Rautenstrauch ibidem §. 574. & seqq.
- (f) Diff. 80. per totam. — (g) L. cit. cap. 14.

§. III.

Diversa Chor-Episcoporum officia recensentur.

Generatim loquendo, quanta Chor-Episcoporum olim fuerit potestas, unâ nequit definiri regulâ, cum non semper, & ubique eadem, utpote in multis precaria, & dependens ab arbitrio Episcoporum, à quibus eam accipiebant. Communia tamen eorū officia communiter recensentur: I. Præpositi erant (eo fere modo, quo hodieum Decani rurales) Presbyterorum ruralium, in horum vita rationem inquirere, de eâque referre ad Episcopum Civitatis, minoribus Ecclesiæ officiis idoneos deputare ministros. *Constituant autem Lectores, Hypodiaconos, & Exorcistas, & eorum promotionem sibi sufficiere existiment* (a). Cumque tunc temporis Ordinibus minoribus adhucdum accensebatur Sub-Diaconatus, pollebant & potestate hunc Ordinem conferendi. Ex prædictis canonibus perperam eruere studet, Bingham (§. præced.) Chor-Episcopis quā talibus potestatem Presbyteros & Diaconos ordinandi revera indultam fuisse, urij & ex Can. 3. Concilii Regiens. (§. 1.) ineptè concludit & indultam fuisse

G

potesta.



potestatem administrandi Sacramentum Confirmationis (b). 2. Pollebant potestate Clericis ruralibus è Dioceſi ſuā in aliam transferri cupientibus dandi litteras *canonicas*, seu *pacificas*, ut ſacra officia ibidem obire poſſent „Presbyteri, qui ſunt in agris, canonicas epiftolas dare non poſſunt, ad folos tantum vicinos Epifcopos litteras deſtinabunt, Chor-Epifcopi autem, qui ſunt irreprehēſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt: generales epiftolas“ Concil. Antiochenum (c). Adnotat Van Espen (d): „Congruit huic Can. hodierna Eccleſiae praxis, quæ *reſtimoniales* dare permittit Presbyteris, five Parochis, at *pacificas*, five *diſiſſoriales*, quibus Clericis ministrandi ſicutia extra Dioceſin conceditur, Epifcopis eorumque Vicariis reſervata eſſe ſolet, nec fine litteris Epifcopi ad diuina celebranda admittendum Presbyterum extēnum präſcribunt Synodi“. 3. Potestatem habebant celebraudi Sacrificium in urbibus präſentibus etiam Epifcopo, & Presbyteris urbiſ, quā non gaudebant alii Presbyterii (e). 4. Pauperum & Ptocho- docheorum cura & ministerium ad eosdem ſpecialiter pertinebat (f). 5. Gaudebant privilegio ſedendi in Conciliis, in iisdemque ſuam di- cendi ſententiam (g). Hisce privilegiis ex Ss. Canonum präſcripto ſpeciatim gaudebant Chor-Epifcopi ad majorem p̄a aliis Presbyteris auctoritatē eisdem conciliandam.

(a) Conc. Antioch. Can. X. Ancyrr. Can. XIII.

(b) Cur Chor-Epifcopis facilius permiſſum Ordines miiores conſerere, quām bene- dicere Virgines, vid. apud Thomaff. P. I. L. II. Cap. II.

(c) Can. VIII. — (d) Schol. in Can. Antioch. — (e) Neo-Cæſar. Can. XIII.

(f) Can. cit. — (g) Bingham I. cit. §. X.

§. Ulti-

§. Ultimus.

Ordo Chor-Episcoporum suppressus.

Cum tot condecorati prærogativis Chor-Episcopi eò usque audacia devenerant, ut in omnibus fere Episcopis se æquarent, ac ea sibi arrogarent munera, quæ solis Episcopis propria semper existebant, neque variis Canonis Conciliorum, quibus similia severè interdicebantur, satis efficaces essent ad Chor-Episcopos in suo officio continendos, inde ad extrema progressum remedia, & de eorundem abrogatione hinc inde in Ecclesiâ actum suit. Et quidem in Ecclesiâ Latinâ jam modo Sæculo VIII. abrogari cœperunt, cum enim in Galliâ, & Germaniâ sub finem dicti Sæc. aut initium Sæc. IX. exorta gravis quæstio occasione Presbyterorum, & aliorum à Chor-Episcopis ordinatorum, quos plures invalidè ordinatos arbitrabantur, ut contentio sopiretur, eandem referendam ad S. P. Leonem III. bene visum Carolo M., ad quem eâ de causâ Arnonem Salisburgensem Archi-Episcopum delegavit. Sententia S. P. hæc erat Chor-Episcopos nec esse, nec fuisse Episcopos, quia nec *ad Sedem Episcopalem implendam*, nec canonice à *tribus Episcopis* essent ordinati. Ex eo consequens Ordinationes ab eisdem peractas irritas habendas, ac iterandas esse, nullum Presbyterum fore vel Diaconum aut Subdiaconum ab eis ordinatum, nec Ecclesiam ab eis dedicatam, nec Virginem consecratam, nec quemquam confirmatum, nec quidquam, quod de Episcopali munere prælumpserunt, esse peractum &c. Sententiæ P. acceperat consensus Patrum Gallicanorum Conc. Ratisbonensis, quæ Synodus & prohibebat ullos expost ordinari Chor-Episcopos. At non obstante hæc Leonis III. responsione, & Episcoporum Synodali resolutione non desuere, qui causam Chor-Episcoporum defendendam in se suscepere,



licitum Chor-Episcopis prætendentes omnia Munia Episcopalia de
licentiâ Episcopi Civitatis obire, ac sententiam eorum, qui Chor-Epis-
copos ad officia simplicium Presbyterorum dejiciebant, antiquis &
novis Ecclesiæ moribus contrariam audacter pronuntiantes, ita Rabau-
nus Maurus *l. de Chor-Episcopis*, quem annis aliquot post Leonis
responsum misit ad Drogenem Episcopum Metensem (*a*). In Conc.
Parisiensi de An. 829. (*b*) statutum, ne Chor-Episcopi Sacramentum
Confirmationis, aliaque ministeria obire attentarent, quæ solis Ponti-
ficibus debentur. Concil. Meldense de An. 845. (*c*) pariter statue-
bat: Ne Chor-Episcopi Sacramentum Confirmationis administrarent,
ne Ecclesiæ dedicarent, ne conferrent Ordines Ecclesiasticos, qui per
impositionem manûs tribuuntur, hoc est: non nisi usque ad Subdia-
conatum, & *hoc jubente Episcopo*. Conc. Metense de An. 888. (*d*)
jubebat Basiliæ à Chor-Episcopis consecratas denuo ab Episcopis
consecrari, *quia juxta decreta Damasi, Innocentii & Leonis vacuum*
est atque inane, quidquid in summi Sacerdotii Episcopi egerunt mi-
nisterio. Quantum verò actum fuerit de Chor-Episcoporum potestate
ex toto restringendâ, ac eorundem abrogatione, attamen hic ordo
in universum non fuit in Occidente extintus nisi medio circiter Sæc. X.
Causa, cur Chor-Episcopi licet per Canones & Regum Capitularia
prohibiti, adhucdum per multos perduraverint annos, ex ipsis Capi-
tularibus detegitur „Placuit, ne Chor-Episcopi à quibusdam dein-
ceps fiant, quoniam haec tenus à nescientibus S. Patrum, & maximè
Apostolorum decreta, & *qui suis quietibus, ac delectationibus imba-*
rent, facili sunt“. Idcirco & olim . . . (*e*) Altera causa eruitur ex
Flodoardo (*f*), scilicet occasio inde arrepta à Magnatibus, ac Prin-
cipibus retardandi Canonicas Episcoporum electiones, dum nimis
modicâ mercede conductos constituebant Chor-Episcopos, qui sedi
vacanti

vacanti præsident, & munia Episcopalia obirent, ipsi ad interim reditus Episcopales suis Aulicis percipiendos assignabant. Hisce incommodis peripectis progressum tandem unanimiter ad executionem Canonum, & Capitularium, & Episcopi unanimi conspirarunt consensu abstinentes à constituendis Chor-Episcopis cura lustrandi Parœcias rusticanas, & corrigendi Presbyteros in Archidiaconos & Decanos rurales passim translata. In Oriente equidem Chor-Episcopi non ita Cristas erigere, ac Episcoporum jura involare inceperant, sed modestius suâ utebantur potestate, unde & aliquanto diutius subsistebant, sub finem tamen Sæc. XI. hic ordo in Oriente teste Balsamone in notis ad Can. XIII. Ancyra. exolevit.

(a) Vid. apud de Macea de Concord. Sacerd. & Imp.

(b) Can. 27. — (c) Can. 20. — (d) Can. 8. — (e) Capitul. 119. — (f) Hist. Eccles. Rhemens. C. 10.

PARERGA SELECTA EX HISTORIA ECCLESIASTICA.

- I. Conventus iste, de quo Act. XV., veri Concilii naturam præse ferebat.
- II. Quod de Simone Mago narrari solitum, eum videlicet Romæ volatum attentasse, ac artibus Magicis in aera elatum, precibus vero S. Petri dejectum fractis cruribus jacuisse, id totum fabulis cur non accenseamus?
- III. Nullo non tempore in Ecclesia vigebat usus Confessionis Sacramentalis.

IV.



IV. Omnes septem, quas in itinere Romano scripsisse dicitur epistolas, & solæ veluti genuinæ S. Ignatii Antiocheni Episcopi meritò recipiendæ.

V. Longè alia quoad infligendam excommunicationem olim disciplina, i. primis Ecclesiæ Sæculis Episcopi, & Presbyteri accedente nonnunquam laicorum consensu infligebant excommunicationem.

VI. 2. Non citò & temerè, sed non nisi adhibitâ magnâ cautione, non nisi gementes, & veluti inviti procedebant ad excommunicandos doctrinæ Christi adversam tenentes doctrinam, Ecclesiæ rebelles, aut aliorum gravium criminum convictos.

VII. 3. Et quissam tum excommunicationis effectus? R. Hisce vinculis innodati bonis & officiis spiritualibus privabantur, non verò bonis, quæ ipsis veluti hominibus, & civibus jure naturali, gentium, & civili debentur.

VIII. Sæculum, quo Ecclesia ut dogma definierit *Cbristum pro omnibus omnino boni viris mortuum fuisse*, quis Historicorum determinavit? Ait

IX. Quis crederet? in hoc ultimo quadrante Sæculi XVIII. insurgebant Theologi primæ classis, fideles in Christo defuncti P. Sässerath interpres novum Christi filiibus dogma elata voce obtrudere volentes, en! specimen eximium Studii Theologicæ reformati, qui reformati? more Majorum.

X. Ex Can. Antioch. XXIII. relat. caus. 8. q. 1. non eruitur irrestricte fuisse vetitum, ne Episcopi in Episcopatu Successorem sibi constituant.

XI. Olim in constitutione Coadjutoris licentiam Pontificis non fuisse requisitam probat factum Valerii Augustinum sibi constituentis coadjutorem.

XII.

XII. Epistola de Cbor. Episcoporum privilegia recte adjudicatur S. Leoni.

XIII. Tum ante, tum adhucdum post Conc. Nicænum penes populum jus residebat in electionibus Episcoporum ferendi suffragium.

XIV. Quānam de causā epist. Leonis in Conc. Chalcedonensi in examen vocata?

XV. Quidquid sit de jure antiquo Romano, indubitatum Sæc. XII. eam in Ecclesiâ viguisse disciplinam, ut matrimonium non obstante adulterio non qualificato inter adulteros solutis legitimis nuptiis contractum ut validum fuerit agnitus. Unde

XVI. Sinistrè interpretantur Alexand. III. cap. *tanta*, què filii sunt legitimi, qui sündem de matrimonio invalidè, utpote inter adulteros contracto locutum fuisse defendere student. Cf. Constitutio Benedict. XIV. *Redditæ nobis.*

XVII. Quinam olim dicti Cardinales? Omnes & singuli Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, quotquot alicui Ecclesiæ, aut loco pio tanquam proprii rectores erant *incardinati.*

XVIII. An Philippus Arabs, an Constantinus M. primus Imperatorum, qui religionem Christianam professus, non ita certum. Sententia media non omni defititur probabilitate.

XIX. Nullam in Franciâ Sæc. VI. Abbatum exemptionem ab Episcopis adhucdum fuisse admissam satis edocet Can. XIX. Aurelian.

XX. Facundus Hermianensis Episcopus l. 9. c. 5. doctrinæ orthodoxæ de reali Christi Domini in Sacramento Eucharistie præsentia minime fuit adversatus.

XXI Sub judice lis est, num libri IV. dialogorum *de vita & miraculis Monachorum Italicorum* Gregorio M. ut authori adjudicandi,



XXII. Varia demonstrant exempla Episcopos non judicasse se ad strictos ad cœcam decretis Pontificiis præstandam obedientiam

XXIII. Regularium exemptions à jurisdictione Episcopi usque ad
Sæculum XI. planè incognitæ.

XXIV. Primis tribus Ecclesiæ Sæculis nullos reperire est Chor. Epis-
copos.

XXV. Ex authentico monumento non potest demonstrari ante Sac. V.
modò in Ecclesia Occidentali extitisse Chor. Episcopatum.

XXVI. Neque omnes, neque nulli Chor-Episcopi olim Charactere
Episcopali insigniti.


ULB Halle
006 389 805

3



vd18





DISSERTATIO ALTERA 1785
HISTORICO-ECCLESIASTICA
DE
PISCOPIS, CHOR-EPISCOPIS,
AC
REGULARIUM
EXEMPTIONIBUS.

QUAM
UNA CUM PARERGIS SELECTIS
EX
HISTORIA ECCLESIASTICA
PRÆSIDE

P. ANDREA SPITZ,
GRATIAE TUTIENSIS ORD. S. BENEDICTI PROFESSO, HISTORIAE ECCLESIAS-
TICÆ, AC THEOLOGIÆ LITTERARIE PROFESSORE PUBL. ET ORD.
ERUDITORUM TENTAMINI EXPONIT IN ACROATERIO
MAJORE BONNENSI

D. PETRUS JOSEPHUS PLENZ,
PERILLISTRIS ECCLESIE COLLEGIAE IN VILICH VICARIUS, HISTORIAE
ECCLESIASTICÆ, SS. CANONUM, AC THEOLOGIÆ PASTORALIS AUDITOR
AD DIEM JULII MDCCCLXXXV.
MANE A IX AD XI.

Cum censurâ Archi-Episcopali, ac licentia Electorali Academica.

BONNAE,
ex Typographia Elect. Acad. apud Joan. Frid. Abshoven.